

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-546663-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-546663-p0002-3

VII

// //
עמי עשו

DIATRIBE PHILOLOGICA,

Qvâ

Nominis יהוה Pronuntiatio

per Legem

LEVITIC. XXIV, 16.

נוקב שם יהוה מות יומת

concessa ostenditur,

& contra

Superstitiosæ Gentis Judaicæ

corruptelas asseritur

PRÆSIDE

M. JOH. HELVICO WILLEMERO,

Mœno-Francofurtano,

RESPONDENTE

SAMUELE Fritzschhans/

Torg. Misn.

In Auditorio Veteri Die Augusti

Horis antemerid.

ANNO R. S. M DC LXXVII.

VVITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.

4.

Nobilissimis, Consultissimis, Experientissimo, Amplissimis, Prudentissimis, Spectatissimis,

Inclytæ florentissimæq;

TORGAVIENSIS Reipublicæ PROCERIBUS atqve PATRIBUS,

DNN. COSS: JUDICIBUS, CAMERARIIS, cæterisq; SENATORII ORDINIS VIRIS,

DNN. MÆCOENATIBUS atq; FAUTORIBUS suis omni pietatis observantiæqve cultu ætatem venerandis,

Diatriben hanc Philologicam,

in piissimi affectûs testimonium, sui studiorumq; suorum commendationem,

eâ, qvâ par est, animi submissione, dat, dicat, consecrat

Samuel Fritzschhans / Torgâ-Misn.
Philol, & SS. Theol, Studiosus.

1.

הקדמה

QVanta piis ex vera invocatione divini nominis est expectanda salus Joël. II, 32. Act. II, 21. Rom. X, 13. tanta impiis ex neglectu contemtuqve ejusdem metuenda pœna Exod. XX, 7. & Deut. V, 11. Levit. XX, 3. 4. Psal. LXXIX, 6. & Jerem. X, 25. Quæ cùm sæpe multumque nostris obversantur animis, diligentissimam sanctissimi nominis divini observationem in nobis jure merito excitant, docentq; nos de DEO non nisi castissimè sentire, & cum summa animi reverentia publicè privatimq; dicere. Non facilè majori cum periculo mens aut lingva errare, sed neq; insigniori cum fructu eadem exerere sese valet, quàm in sanctissimi nominis divini meditatione ac celebratione. Hanc opere pariter ac voce demonstrare decet ac memori pectore gerere, quin & in ea constanter asserenda, & contra illatas quorumcunq; contumelias solidè severèq; vindicanda, sedulam ponere operam atq; ostendere justissimum nostrum pro gloria DEi Zelum. Secuti has rationes sunt, divinoq; Levit. V, 1. mandato audientes fuerunt Israëlitæ, quotquot blasphemum illius Ægyptii Levit. XXIV, 10. os legitimô compescuerunt modô: dum auditâ ex Ægyptio horrendâ nominis divini blasphemiâ v. 11. ad Mosen Judicem duxerunt lœsæ Majestatis divinæ reum, & fideli traditum custodiæ v. 12. de apertissima DEI voluntate v. 14. castris eduxerunt, atq; manibus ei impositis, vivum lapidibus obruerunt v. 23. Data inde occasio est promulgandæ sigillatim severissimæ adversûs blasphemiam legi v. 15, 16. novoqve morbo novum quæsitum est remedium, ne quis tam magno, tamq; horrendo sese involvat crimini: ob quod ab Israëlita exauditum, scissio vestium Judæis imperabatur præcepto Majorum: qvod his conceptum verbis *Coccejus in Sanhedr. p. 62.* recitat אחר השומע ואחר שומע מפי שומע חיוב לקרוע *qvi blasphemiam audit vel ab ipso autore, vel ex alio, tenetur vestem discerpere.* De qua laceratione vestium pluribus ex Scripturæ S. fundamentis disserit *D. Gerhardus Harmon. Evangel. P. IV. cap. 187. p. 1821. b. Chrysostomus* etiam *homil. 1. & 5. ad popul.* scribere non veretur: audiens blasphemantem, illicò alapa percutere ne dubitet, quia is Dominum universorum offendit. Verùm magis magisq; ingravescens Judaicæ gentis superstitio non sepimentô qvodam hanc legem munire, sed commentô, sanè turpissimô, alienum prorsus sensum affingere eidem studuit studetq; non minori pertinaciâ, quàm perversitate: ut hôc etiam exemplô docere liceat atq; evidentissimè demonstrare, quòd Judæi *ad Scribarum magis, qvàm legis verba attendant,* juxta frequens Majorum suorum monitum; quam blasphemiam meritò vocem dixit *D. Pfeiffer fascic. dissert. p. 16.* Quo nomine & Pharisæos gravissimè coarguit & evidentissimô docuit exemplô Christus Matth. XV, 3. quòd ipsius DEI transgrederentur mandatum, propter suas traditiones. אמרו אפילו

אמרו לך על ימין שהוא שמאל *etiamsi dicant tibi, dextram esse siniſtram*, quam cæcam imperat obedientiam impudentiſſimũ *Lipmanni* os in *Nizach. ſuper* קהלת *p. 177. edit. Hackſp.* Quod minus mirum ei videri poſſit, qui expendit, quæ in hanc rem affert *Talmud. Hieroſ. Maſſech.* ברכות *cap 1.* תדע לך שדברי סופרים חביבין מדברי תורה וחביבין דברי זקנים מדברי נביאים *ſcias, verba Scribarum amabiliora eſſe verbis legis: & Prophetarum verbis amabiliora eſſe verba Seniorum.* Adeoq; חומר ברברי סופרים מברברי תורה *gravius peccatur circa verba Scribarum, qvàm verba legis*, ſecundùm *Sanhedr. cap. 10.* Quæ atq; ſimilia etſi ſatis impiè aſſerta, à Judæis tamen ſtudiosè obſervata deprehenduntur, adeoq; cùm aliàs totius divinioris Scripturæ, tum noſtræ ſpeciatim legis verba non ponderant ex æquo, factiq; antecedentis exiguam habent rationem aut nullam: neglectâ inſuper aut perversè inſtitutâ Scripturarum collatione, nec rationum momenta attendunt, nec optimorum Interpretum, quin nec ſuorum, conſenſum admittunt atq; fidem: dum nudam externam, religioſam pariter ac irreligioſam, nominis יהוה pronuntiationem hîc prohibitam contendunt omnib9, ſi quæ ſunt, ingenii viribꝰ, ſuo pertinaci in ſuperſtitione factô ac verbis longè plurimis, minis etiam horrendisq; diris. Atq; ſic graviſſimæ huic divinitùs indictæ pœnæ obnoxios reddere conantur omnes, quotquot ab omni nominis divini eſſentialis legitima pronuntiatione non abſtinent. Ingens ſanè intentatum iſtis crimẽ, cujus nullibi eos reos facit Summus Legislator, etſi Ejusdem ſanctiſſimum hîc obtendant ſuperſtitioſi nomen atq; verbum, idq; cum inſigni ejus abuſu, ſed nec ſine enormi crimine. Nos meritò lubentesq; concedimus in Venerandi *Dn. Sennerti* noſtri ſententiam, quâ potiſſima hujus controverſiæ momenta brevi accurataq; dicendi ratione eſt complexus Philologus in Orientali literatura Clariſſimus, dum *proœmio diſp. de nomine DEi proprio ann. 1646. habitæ* ita infit: *Nos cùm certiſſimus, nullum qvoad nominis hujus divini pronuntiationem veram & legitimam in S. Literis interdictum eſſe, ſed potiùs licuiſſe illud temporibus Patriarcharum, Sacerdotum, Regum & Prophetarum uſurpare, hanc Judæorum ſuperſtitionem DEo minimè placentem abominamur, & noſtrum potiùs cultum DEo debitum in hoc nomine piè pronunciando, rectèq; de illo cogitando & diſſerendo, qvantum in hac mentis caligine nobis datum eſt, teſtari non dubitamus.* Quo conſilio hac etiam vice univerſi hujus negotii rationes pro exiguis ingenii judiciiq; viribus inveſtigabimus, ſupplicibus venerati precibus Numen benigniſſimum, velit nobis intelligendi acumen, introſpiciendi ſubtilitatem & loquendi gratiam copioſam clemens concedere, atq; adeô in omnem ducere veritatem, quò & ſanctum ejus inter nos colatur nomen, & obturatô ore blasphemô profligataq; falſitate, ſua DEO ſoli gloria & cœleſti verbo veritas conſtet perpetuò אנא יהוה הושיע נא אנא יהוה הצליחה נא׃ אמן

בְּאֹ֣ אִמֶּֽהּ

§. I. QVam in præsenti ventilandam sumsimus controversiam, πλεονασμὸς pleniſſimè cognoscere, solideq; decidere licet ex evolutis rite verbis latæ de blasphemia legis: quæ Levit. XXIV, 16. continetur, & cùm in authentico primigenio textu, tum celebrioribus Versionibus ita habet: וְנֹקֵב שֵׁם־יְהוָה מוֹת יוּמָת Targum *Onkelos*: וְדִיפַרֵשׁ שְׁמָא דְיְיָ אִתְקְטָלָא יִתְקְטֵל Et qui explanaverit nomen DOMINI, occisione occidetur. Samarit. וְנָקֵב שֵׁם יְיָ מוֹת יוּמָת Execransque nomen Domini morte morietur i.e. occisione occidetur. وَمَنْ يَسُبُّ اسْمَ اللهِ فَإِنَّهُ يُقْتَلُ قَتْلًا Et quicunq; expresserit nomen Domini, occidendo occidatur. *Arabs*: Et qui blasphemaverit illum hoc pacto, occisione occidatur.

LXX. ὁ ὀνομάζων δὲ τὸ ὄνομα κυρίου, θανάτῳ θανατούσθω Nominans autem nomen Domini, morte moriatur.

Vulgata: Et qui blasphemaverit nomen DOMINI, morte moriatur.

Pagninus & Arias Montanus: Et nuncupans nomẽ Domini, morte moriatur.

Münsterus: Et qui blasphemaverit nomen Domini, morte interficiatur.

Junius & Tremellius: Itaq; qui execratur nomen Jehovæ, omninò afficitor morte.

Leo Judæ: Et qui disertè expresserit Nomen Domini, morte multetur.

B. Lutherus in versione priori anno 1525. Wilcher des HERRN Namen nennet / der soll des Tods sterben / die gantze Gemeyne soll yhn steynigen / wie der Frembdling / so sol auch der eynheymische seyn / wenn er den Namen nennet / so soll er sterben. In versione altera & hodie communi: Welcher des HERRN Namen lästert / der soll des Todes sterben.

In versione alia: wol des HEren Namen lastert / de schal des Dodes sterven. Et in margine Gadeslasteringe vorbaden. *Anthonius* Koburger anno 1483. edit. Noriberg. Und der da verspottet den Namen des HErrn / der sterb des Tods.

§. II. Quæ verba *Cyrillus* Alexandr. in Amos 6. n. 62. *Origenes*

homil. 14. *Chryſoſtomus* in Pſ. 49. *Auguſtinus* quæſt. 86. 87. in Levit. *Philo* I. 3. de vita Moſis, & è recentioribus *B. Lutherus* Comm. in Geneſ. XXX. 28. T. 9. Alt. f. 944. a. *D. Franzius* de interp. S. Script. orac. CIII. à p. 621. ad 631. *D. Calovius* in Bibl. Illuſtr. in Levit. tom. 1. p. 502. ſeqq. de Theolog. natur. & revel. p. 236. *D. Qvenſtedt* in LL. Difficil. V. T. L. 14. ἀνεκδ: *D. Eraſm. Marbachius* Comm. in h. l. p. 117. ſeqq. *D. Varenius* Decad. Moſ. in Levit. p. 154. ſeq. *Hackſpanius* Not. Philol. P. I. p. 455. ſeq. *Sennertus* diſp. de ἀνεκφωνήσει nominis div. anno 1642. *Feſſelius* Adverſ. S. lib. I. c. 17. integr. p. 83. *Lyra* & Oleaſter in h. l. *Abulenſis* in Levit. quæſt. 9. 10. ſeqq. *Joh. Lorinus* Comm. in h. l. p. 839. ſeqq. *Jacobus Bonfrerius* Comm. in Pentat. p. 703. *Lud. de Dieu* animadverſ. in V. T. p. 93. inprimis *Matthæus Polus* Synopſi Criticorum Parte I. vol. 1. fol. 604. ſeq; *Menaſſe ben Iſrael* Conciliat. in Exod. quæſt. 3. aliiq; innumeri câ fide ac diligentia, pertractarunt, atq; partim contra iniquas Judæorum aliorumq, detorſiones aſſeruerunt, ut hoc in negotio, honeſtiſſimo otio frui, eorundemq; placitis, in quantum à vero non abhorrent, tutò hîc acquieſcere nobis liceat. Nulli tamen veremur, horum ductu & auſpicio brevibus, quid hîc ſentire deceat, exponere atq; certis rationibus confirmare, adverſæ potiſſimùm partis ſententiâ profligare.

§. III. Quod igitur primo dicendum loco, arctiſſimô ſocietatis vinculô conjuncta culpæ pæna eſt: quam hîc etiam ſanctiſſimus Legislator indivulſam voluit, docuitq; quæ commiſſo horrendo blasphemiæ facinori ſit infligenda mortis pæna. Ut in diligentem meritò conſiderationem veniat culpæ primùm commiſſio, pœnæ deinceps immiſſio. Illa perverſiſſimo hominis ſtudio; hæc juſtiſſimo DEi decreto vendicanda: gravis utraq; atq; horrenda. Tantum cadit in hominem nefas, ut נוקב audiat, & quod omni deteſtatione digniſſimum נוקב שם יהוה Sic enim criminis natura exprimitur atq; materia, ut loquuntur, in qua & circa quam. Septem potiſſimùm penes Ebræos verba blasphemiæ crimen deſignant: אלה ארר גדף נקב קבב קלה קלל quorum medium in noſtro textu adhibetur. נקב verò ſecundùm diligentem *R. Nathanis* obſervationem יברך לשלשה ראשים dividitur in tria ſignificata: quæ convenientiori ordine poſitoq; è Scripturis S. fundamento recenſet *Dan. Feſſelius Adverſ. S. lib. I. c. 17. §. 9. p. 85.* quàm cum Rabbinis eadem refert *Joh. Coccejus in Sanhedr. c. 7. p. 60.* atq; Lorinus

rinus Comm. in Levit. p. 833. b. *Propriè ac primariò* figendi, transfigendi perforandiq; notionem exprimit, apud Ebræos æquè ac Chaldæos 2. Reg. XII. 9. Syros. Pſ. XL. 7. Samaritanos, Arabes atq; Æthiopes: quod Philologus γλωσσαναπολικογνωσίας laude celeberrimus *Edmundus Caſtellus Lexic. Heptaglott. p. 2393. Schindlerus, Hottingerus. Nicolai* aliiq; in Lexicis Harmonicis, rationibus ſuoq; conſenſu muniunt. Atq; ſic ratione characteris interni & externi *convenit cum* נבב *cavavit*, juxta *Caſtellum l. c.* ut exerat ſeſe in his linguis obvia ſatis literarum transpoſitio. Faciliori tamen ratione Latinorum cavo ſeu excavo cum נקב quà originem atq; ſignificationem conferre licet, factâ literæ נ aphæreſi, quæ frequentiſſimè obtinet, in linguis Orientis cùm inter ſese, tùm cum Occidentis quoq; conferendis. Ita ſatis manifeſtâ ratione *à* נפל Germanorum fallen / *â* נבק Latinorum *vacuo, demtâ primâ literâ Nun*, (niſi hîc בקק præferre malis) deducit *D. Joh. Forſterus Dictionar. hebr. p. 516.* quo egregio ſcripto ſempiternam ſui memoriam Literariæ Reip. intulit Philologo-Theologus, longè doctiſſimus, Eccleſiæ ſtudiis utiliſſimus: quod dignum tanto viro judicium veritatis ſtudiô accuratè ſatis tulit *Dn. D. Qvenſtedt Dialog. de patriis illuſtrium doctrinâ & Scriptis virorum p. 155.* Si miſsâ hâc convenientiâ, uſum divinioris, ut par eſt, Scripturæ potiſſimùm ſpectemus, verbum נקב in prima hac ſignificatione uſurpatum inveniemus de perforatione manûs humanæ 2. Reg. XVIII, 21. Eſaiæ XXXVI. 6, naſi Behemoth Jobi XL. 19. maxillæ Leviathan verſ. 21. (in Concord. Ebr. mendosè 26) loculi Hag. I. 6. γαζοφυλακίς 2. Reg. XII. 9. (alii 10.) ubi ſimul τῷ חר effecto ſuo jungitur. Et inde perforatæ fiſtulæ, perforanti malleo, inprimis acuto, ſexuiq; ſequiori denominando originem dedit. Atq; in hac מוברת terebrandi ſignificatione profanum Rabbinorum vulgus vult eſſe interdictum, ne quis cultro ſcindat nomen in membrana ſcriptum, argumento legis Deut. XII. 3. 4. uti refert *Coccejus in Sanhedr. p. 60.* Indignum equidem homine, nedum Rege, in Eccleſiæ gremio conſtituto, ſceleſtum execrandumq; prorſus facinus commiſit Jojakim, dum miniſtrô Judi, divina Jeremiæ ſcripta novaculâ ſcribæ diſcerpi, & in ignem mitti paſſus eſt, quo de pluribus Jerem. XXXVI. 23. ſeqq. quæ quibusdam truculentis tyrannis hæreticisq; peſſimis repetita libido ultrice DEI vindictâ ſeveriſſimè ſæpius eſt cöercita. De materiali tamen uti univerſæ Scripturæ divinioris, ita & nominis DEI eſſentialis, quoad apicem, literam aut ſylla-

bam

bam nunquam abolendo, nullâ ſancitum lege eſt, nullum conceſſum divinitùs privilegium. Sed nec Moſi indicta inflictaq; pœna, ob magnâ animi perturbatione ac impotentiâ fractas divinæ legis tabulas, ipſius DEI digito exaratas, nomen DEi eſſentiale utiq; etiam referentes. Et ubi, quæſo, repetitâ vice divinitùs conſcripta Lex? ubi non dicam omnia, ſed ſingula ſolùm Scripturæ S. *αὐτόγραφα*, Sanctis Prophetarum manibus conſignata? injuriâ & vetuſtate temporis aliove caſu conſumta, perdita, abolita. *Codicem Moſaicum autographum, in Sanctuario ad S. Arcam repoſitum--unà cum arca cæterisq; templi ornamentis, incendium chaldaicum abſumpſiſſe, conſtans eſt Doctorum opinio, inqvit L. Joh. Ben. Carpzovius Diſp. qvæſt: qvorſum arca fœderis pervenerit.* Confer in eandem ſententiam *D. Dannhauer. T. I. Theol. Conſcient. P. II. ſpec. Dial. 1. p. 377. Hodoſoph. Phænom. I. p. 31.* Præterea נקב nunquam in Scriptura nomini יהוה eo ſenſu jungitur, ut ſciſſionem membranæ cultro factam innuat. Legem Rabbini citant fide punicâ: agit ea de locis idololatricis, lucis, delubris, excelſis, aris, idolis eorumq; nominibus corrumpendis, comburendis, abolendis, extirpandis, ut nec fama nec memoria eorum eo in loco ſuperſit. Prout nomen ſæpe pro fama, nomine celebri, cum laude & exiſtimatione conjuncto ſumitur. Atq; ita perire dicitur nomen idolorũ, non ubi novaculâ eraſum diſcerptumve eſt, ſed dum celebrata hactenus idola omnimodè delentur, penitiſſimè intereunt & quaſi radicitùs loco ſuo animisq; hominum evelluntur, ut nulla, nedum honorifica, ipſorum memoria maneat reliqua, conf. quoad hunc ſenſum verbi אבד Pſ. I. 6. IX. 6. quoad idolorum deſtructionem Numer. XXXIII. 52. 2. Reg. XIX, 18. Ezech. VI. 3. Ipſum idolorum nomen, toties in S. Literas à Sp. S. Amanuenſibus relatum, non prohibetur ſcribi: nec, ut quacunq; ratione ſcriptum aboleatur, & vel ſcalpello diſcerpatur, injungitur Perdere nomen idolorum & ut pereat nominis eorundem fama curare debemus. De vocis אבד uſu multiplici confer Feſſelii Adverſ. S. Lib. VIII. c. 2. integr. à p. 229. ad 249. Verba Deut. XII. 4. *Non facietis ita*, ad recenſita v. 2. referuntur potius, quàm ad imperata v. 3. quod evincit oppoſita ratio v. 2. & 5. & rectè obſervat ita ſcribens לא תעשון כן ליהוה כי אם במקום אשר יבחר יהוה רשי׳ *Non facietis ita, ut ſuffitum* (ſacrificium) *faciatis DEo in omni loco, ſed eo* (tantùm) *loco, qvem elegerit.* In hunc igitur ſenſum ea verba accipienda: Nequaquam quibusvis aut iis locis eaq;

ratio-

ratione cultum Jehovæ præſtabitis, quâ Gentiles Deaſtris ſuis, quorum nomen & gloriam mirum quantum extulerunt: quæ vana jactitant de ſuis Diis Gentiles, quæ magnifica iis facta attribuunt, vos contemnetis, ac contrario prorſus ſtudio, Jehovæ vero DEO eiqúe ſoli omnem ſapientiæ, juſtitiæ, potentiæ, adorationis &c. gloriam vendicabitis. Quæ de loco iſto in contrarium allato & prima נקב ſignificatione dicta ſufficiant. Nunc expendenda altera eſt, ubi juxta *R. Nathan* פרישה לקללה או לברכה ſignificat in bonam aut malam partem, vel, ut habitâ primariæ ſignificationis ratione *Schindlerus in Lex. Pentagl.* loquitur, *confodit aliqvem dictis vel bonis vel malis.* Transfertur ita ab uſu proprio, eleganti ſimilitudine, ad expreſſam nominis vel rei determinationem, quæ firma ponitur ac fixa: aut etiam ad maledictionem, execrationem & blasphemiam. Ut ita *maledicere* idem ſit quod *malis verbis aliqvem perforare, ut loqvitur Ainsworthus apud Matthæum Polum Synopſ. Criticor. Part. I. vol. 1. fol. 605.* Quò pertinet Latinorum *configere maledictis*, & Germanorum durchſtochern/ Stochelreden. Ita *execrari* (*blasphemare* juxta vulgò receptam acceptionem, ut *Auguſtinus de moribus Manich. c. 11.* loquitur) eſt famam vel nomen alicujus (DEI) diris quaſi confodere, integritatemqúe ejus vitiare velle, ut blattæ tineæqúe librum vel veſtimentum, ut acuminatum ferrum ligna & lapides, carnem & oſſa cujuscunqve animantis pungit, penetrat ac ſæpe frangit. Sic igitur נקב & *in bonam partem* adhibetur בלשון פרושי & ita convenit cum Syriaco ܢܩܒ quatenus hoc in Aphel explicandi exponendiqúe notionem ſuſtinet. In S. Lit. נקב hoc ſenſu adhibetur ad definitam rei expreſſionem ſeu determinatam recenſionem, utpote mercedis Jacobeæ Geneſ. XXX, 28. נקבה שכרך עלי quod eleganter reddidit Lutherus: Stimme das Lohn/ Junius & Tremellius, definitam mercedem tuam impone mihi: rectèqúe cum Targum Onkelos reddit רשו per פרש LXX. Διάστειλον diſtingve: quod egregiè ita Φράζε D. *Varenius Decad. Moſaic. in Breſith. p. 519.* Erkläre dich nur/ fodere ſo viel als du wilt/ ſetze mir ein gewiſſes. Sic & de expreſſione clarè atqve nominetenus facta adhibetur Numer. I, 17. ubi Chald. אתפרשו 1. Paral. XII. (XIII.) 31. XVI. (XVII.) 41. 2. Paral. XXVIII, 15. XXXI, 19. Eſræ VIII, 20. de honorifica nominis celebra-

tione Amos VI, 1. ut & Esaiæ LXII, 2. contra quàm sentit *R. Nathan in Concord.* quem ferè singula textûs verba refutant aliique Interpretes. Targum reddit יפרשנה LXX. Interp. *ὀνομάσει αὐτὸ.* Hinc *R. Salomon ben Melech in Genes. XXX, 28.* נקבה עינינו פירוש וביאור כתרגומו כלומר כל מה שתפרש עלי שאתן בשכרך אתן וכן אשר פי׳ יקבנו נקובי ראשית הגוים *Significat expressam definitionem juxta Targum, acsi diceret, omne quod expressè definiveris mihi, ut dem pro mercede tua, dabo: & ita* (accipitur) Esaiæ 62, 2. Amos 6, 1. Aliâs tamen sæpe & *in deteriorem partem* נקב sumitur, ad denotandum maledicendi execrandique crimen. Ita idem est, quod extremè detestari, vituperare & mala quæque imprecari. Prout Numer. XXIII, 25. diserte, evidenter ac singulari emphasi, (de qua *D. Glassius* Phil. S. Lib. III. Tract. III. can XXXVII. p. 349. *D. Wellerus* Spicil. quæst. Ebr. Syr. disp. 1. quæst. 1. *D. Wasmuth* Hebraism. Rest t. p. 295. *Dn. Buxtorfius* Thes. Gr. Lib. II. cap. XVI. p. m. 498. aliique) conferri merentur, benedictioni opponitur: divinam & humanam maledictionem complectitur Numer. XXIII, 8. tam bonorum malis factas imprecationes pœnarumque denuntiationes Jobi V, 3. Proverb. XI, 26. XXIV, 24. ut Sanctorum increpationes esse futurarum pœnarum vaticinia, docuit Augustinus in Psalm. LIII. & Beda in Act. VIII. quàm magicam præstigiatorum incantationem Jobi III, 7. (8) ubi cum ארר conjungitur; atque aliâs significationem, ut formam sæpius, inprimis Numer. XXIII. cum קבב permutat. Et in hac ultima imprecandi execrandique significatione in hoc nostro capite ter legitur, bis in nostro vers. 16. quod infra probandum, & semel v. 11. ubi קלל jungitur, cognatæ prorsus significationis, non diversæ. Ut frustra hîc sit *R. Salomon ben Melech*, qui, dicente *Hackspanio ad Lipmanni Nizach. p. 361. è Kimchij Grammatica & Lexico notas dispersas ita redegit in ordinem, ut Commentarij biblici loco esse queant*; verùm, ut ritè adjicit *Buxtorfius Biblioth. Rabb. p. 369. Grammatici.* Speciosum sanè operi titulum יופי מכלל *Perfectio pulchritudinis* præfixit: cujus denominandi rationem potiori jure ex Thren. II. 15. & 14 quàm Psalm. L, 2. arcessimus. Qui hisce Collectaneis *R. Jacob Abendana* Spicilegii nomine ceu ῥάκη πολυχίδες assuit, plurimam partem ex Abarbanele

sine

sine mente & judicio transcripta deprehenduntur, ut verè notat D. *Pfeiffer program. Lection. in Jonam, adjuncto diss. de Masora f. 2.* Is igitur ad Levit. XXIV, 11. hæc habet: ויקב: ענינו פירוש ובאור ועניגו פירש השם באותיותיו וקלל *Significat expressam determinationem, & sensus ejus est, expressit Nomen literis suis & maledixit.* Priora hujus sententiæ sua facit D. Varenius Decad. Mos. in Lev. p. 155. atque in נקב significationem פירוש ובאור ostendi ait. Ita & Aben Esra in h. l. יש אומרים שפירושו ויפרש כמו יש אומרים אשר פי וי ויקבנו אשר נקבו בשמות *Sunt qvi dicant qvòd expositio ejus sit, & expressit, sicut (Esaiæ 62, 2. Numer. 1, 17.) alij verò dicunt, qvòd sit (sensus ejus) qvemadmodum (Numer 23, 8.) prius autem propius accedere (verosimilius) videtur juxta meam sententiam.* Aliud ostendit vox ויקלל per ἐπεξήγησιν ἢ ἐπωνυμὶαν adjecta: quæ singulari elegantiâ in Scriptura S. frequenter adhibetur לחזוק Psalm. CV, 23. CXL, 6. CXLIV, 1. CXLV, 2. Jerem. XIII, 17. Jonæ II, 3. 4. &c. à Doctoribus nostris solidè probatur, *D. Glass.* Phil. S. Lib. IV. tr. 2. obs. 15. p. 730. Lib. V. p. 573. D. Geier / in Psalm. t. 1. p. 96. t. 2. p. 1135. in Proverb. I. 2. p. 9. à plerisq; Christianis interpretibus hîc loci asseritur, ab ipsis etiam Rabbinis hîc & alibi admittitur. Ita *B. Luther.* lästert den Namen und fluchet *J. Tremellius* Tunc exsecrans filius ille Israëlitidis mulieris, nomẽ illud *Dei* blasphemavit. Ita & *R. Nathan* in Concord. Hinc affirmant Rabbini, quòd *idem sit* נוקב & מְקַלֵּל *probant ex Levit. 24. ubi qvum v. 11. conjuncta fuissent* ויקלל & ויקוב *postea v. 14. dicitur* הוֹצֵא אֶת־הַמְקַלֵּל שֹׁמֵּ חרא היא *qvo subintelligi datur, idem id esse,* ut est *apud Coccejum in Sanhedr. c. 7. p. 61.* Longè rectiùs quam Sal. ben Melech istud ויקב exponit רשי per גרף, Targum Hierosol. per חרף, quin & Onkelos atque Jonathan per פרש, quatenus id infert distinctam argutamque pronuntiationem, cum indignatione, opprobrio & blasphemia conjunctam, quod ex Chaldaismo rite probat *Fesselius Adversf. S. Lib. 1. c. 17. p. 86.* Ipse etiam R. Sal. ben Melech pronuntiationem cum blasphemia conjunctam per נוקב v. 16. intelligit, de quo §. 15. videbimus. Quæ singula ita exponit D. Müller / *Judaismi p. 82.* וְנוֹקֵב das heisset nicht schlecht nennen an diesem

sem Ort Lev. 24, 16. sondern mit VnEhrn und Lästerung nennen. Darumb wird solch Wort v. 11. durch ein ander Wort erkläret יַקֵּל vom radice קָלַל das heisset sprevit, dehonestavit er hat verachtet / und wird beydes im gedachten 11. v. ויקב zusammen gesetzt. -- Darumb ist es nicht ein schlechtes nennen gewesen / sondern ein Lästerung etc. De epexegesi aliàs à Rabbinis concessa, clara sunt eorum verba ac frequentata satis כְּפֵל הָעִנְיָן בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת *geminatio seu duplicitas* (identitas potiùs) *significationis in repetitis vocibus.*

§. IV. Verùm quam avarus atq; injustus attrahit sibi maledictionem, eam in Magis non inultò ferre potest, multòq; minus in sanctissimum suum nomen majestatemq; fieri impunè sinet Jehova. Sacrosanctum inter nos esse debet atq; coli Jehovæ nomen. Non absolutè in nostro textu יהוה dicitur, sed שם יהוה: non quòd quæcunq;, simplex etiam, DEi denominatio hôc ipsô sit prohibita, cùm lex tantùm de conjuncta cum maledictione sonet: nec quòd in literas aut syllabas committi tale crimen possit, quod non simul in ipsum DEum redundet; verùm ipse DEus in essentia unus, in personis trinus hoc ipso denotatur, quatenus in convitiis, perjuriis & execrationibus ab hominibus nominari potest. Spectatur enim שם יהוה hoc loco non notionaliter seu grammaticè & materialiter, habitâ tantùm ratione literarum, vocalium, Syllabarum, soni atq; toni; sed potissimùm realiter atq; formaliter: non tantùm pro DEi revelatione, ut Psalm. XXII, 23. Joh. XVII, 6. Act. IX, 15. mandato & voluntate Deut. XVIII, 19. Jerem. XIV. 14. Matth. XXVIII, 19. auxilio 1. Sam. XVII, 45. 2. Paral. XIII. 11. Psalm XX. 8: majestate Exod. IX, 16. XXXIV. 5. 6. 7. Psalm. VIII, 2. XLVIII. 11. cultu religioso, publico 2. Sam. VII. 13. privatoq; Mich. IV, 5. adeoq; pro divino aliquo attributo, opere sive cultu; sed & pro ipsomet DEo, essentialiter ac personaliter sumto, ut inferat verum, omniscium, sanctissimum, omnipotens atq; ubiq; præsens, Summum Numen. Utut priori ratione omnis omninò nominis divini abusus aliâs prohibitus sit, atq; notatus inprimis in superstitiosis atq; Magis, de quibus vid. *Schikard proœm. Tarich. p. 54.* Idem tamen in posterior. sensu perjuris, maledicis atq; blasphemis proprius, in Ægyptii hujus exemplo atq;

lege

lege noſtra conſpicuus & prohibitus. Quod perpetuo Scripturæ S. conſenſu firmatur, ubi שם יהוה notat ipſummet DEUM, glorioſum, majeſtaticum & nominabilem, qui certo quodam nomine ſemetipſum inſignivit Exod. III, 14. 15. VI. 3. eodemq; à S. Angelis celebratur Eſaiæ VI. 3. & à nobis in hac mortali vita exprimi vult. Exod. III. VI. IX, 16. atq; nunc Exod, XX, 7. Deut. VI, 13. X. 8. XXI. 5. Pſalm. XXXIV, 4. XCVI, 2. 8. Eſaiæ XII, 4. XXIV, 15. XLVIII. 1. Joel II, 32. & in non terminanda ſecula religioſè coli. Ita שם יהוה & יהוה unum eundemq; verum DEum eſſentialiter ſpectatum in Scriptura S. notare, conſtat è collatione locorum Geneſ. XXII. 16. & Jerem. XLIV, 26. Pſalm. XX. 2. & Zach. IX, 15. Pſalm. LXXII, 18. & 19. Hâc loquendi ratione שם יהוה utitur ipſemet ſummus Legislator, ad exprimendam ſui æternam eſſentiam, & quæ hanc pro noſtra intelligendi facultate ſeqvuntur, attributa operaq; verè divina & infinita Exod. XX, 7. Deut. V. 11. Sic nomen Jehovæ, putà ipſummet DEUM, habito ſimul reſpectu agnitionis & pronunciationis nominis divini in precibus religioſæ, invocat Moſe Deut. XXXII, 3. celebrat in afflictione Jobus I. 21. in perſecutione David Pſalm. VII, 18. in ſolenni cœtu 2. Sam. VI, 18. XXII, 50. omnes fideles confitentur Pſalm. XCVI, 2. prædicant Pſalm. CVI, 47. CXIII, 1. 2. 3. CXV, 1. CXXXV, 1. Eſaiæ XXIV, 15. LVI, 6. Jöel. II, 26. omnis ætas Pſ. CXLVIII, 13. cœliq; objectivè v. 5. Huic nomini Jehovæ templum extruxit Salomon 1. Reg. V. 3. & ſacer eſt totus mons Zion i. e. Eccleſia Eſaiæ XVIII, 7. confer Deut. XXVIII, 10. Eſaiæ XXX, 27. Mich. V, 3. Pari ratione שם אלהים per Metonymiam, quam vocant, adjuncti ſœpe in S. Literis pro ipſo DEo ponitur, nomen rei pro re ipſa Levit *XVIII, 21. XIX, 12. XXI, 6. Pſal. XX. 2 XLIV, 21. LXIX, 31.* Proverb. *XXX, 9.* Eodem modo שם קדשי occurrit Levit. *XX, 3. XXII, 2. 12. Pſalm. XXXIII, 21 CIII, 1. CXLV, 21.* Ezech *XX, 39. XXXVI, 20 21. XXXIX, 7. XLIII, 7. 8. Amos II, 7. ut &* שם כבודו Pſalm. *LXXII. 19.* Quamvis hîc ſpecialiter majeſtatis, & in antecedenti exemplo ſanctitatis divinæ habeatur ratio: ob ſummam tamen eſſentiæ divinæ ſimplicitatem atq; realem omnium attributorum in DEO eſſentialium identitatem, ipſummet DEum ejusmodi locutionibus ſignificari certum eſt, ratione eſſentiæ, attributorum & operum. Proinde etiam in noſtro textu שם יהוה (quod *Chryſoſt. in Pſ. 49.* legit *nomen DEI*, notatus idcircò à *Lorino in Levit. p.* 841)

841) pro ipso DEo in se, , essentialiter & personaliter, non juxta literas & syllabas, sumi dicimus. Qvò tandem facit, quod apud Judæos in proverbium abiit וְהוּ שְׁמוֹ וּשְׁמוֹ הוּא *Ipse est nomen suum, & nomen ipsius est ipse.* Confer. D, Geier *in Psalm. t. 1. p. 333. 957. t. 2. p. 778. in Prov. p. 928. in Daniel. p. 144. D. Glass. Philol. S. L. III. tr. 1. p. 148. Fessel, Adversus. S. Lib. 1. c. 18. integr. p. 87.* Atq; in hoc formali sensu, sine omni superstitione Judaica, concedere licet, Mosen editis בשם יהוה הנכבר in nomine Jehovæ, glorioso signis & miraculis, in & extra Ægyptum inclaruisse: sive id nomen spectetur essentialiter, sive personaliter, quatenus frequenter Messiæ tribuitur; dicaturq; adeò Moses in eodem, quo Apostoli, Jesu nomine sua edidisse miracula. Quâ restrictione usus, Rabbinorum sententiam admittit *D. Varenius Decad. Mos. in Bresith. p. 197 in Schmot.* p. 100. Ubi tamen recordari subit Judicii, hîc sanè verissimi, quod aliâs tulit B. Lutherus: *Etiamsi sensus ille sit pius valdè, Rabbini Grammatici tamen non intelligunt.*

§. V. Ut speciatim id adjiciamus, nudum absolutumq; שם apud Sacros Scriptores nonnunquam *κατ' ἐξοχήν* Jehovæ nomen notat, sive יה׳ הידיעה adjunctum sibi habeat, sive minus: quod posterius adducenda posteriora duo loca confirmant, contra R. Eliam in Thisbi. Ita השם Deut. *XXVIII*, 58. idem esse quod יהוה, probat adjecta statim manifesta per epexegesin explicatio: idemq; voluit Samaritanus, per יהוה reddens. Quò etiam à *D. Calovio in Theol. natural. & revel. p. 217.* loca Psal. *XX, 2. & CXV, 1. Esaiæ XXX, 27.* referuntur, & à *D. Gejero* in Psalm. t. 1. p. 333. ut & *Glassio* Phil. S. Lib. V. p. 75. Hinc Levit. XXIV. 11. quidam per vocem השם intelligunt Jehovam *κατ' ἐξοχήν*, per antonomasian, aut Synecdochicam locutionem: ut post tres Chaldæos Paraphrastas h. l. Judæi: ut etiam *Malvenda & Drusius qvæs. 2. 69.* Πολλῶν γὰρ ὄντων ὀνομάτων τῦ θεῦ, ἓν τὸ κρά-τιστον ἐξαιρέτως ὄνομα καλεῖται. *D. Pfeiffer dissert. phil. fasc. p. 168. inqvit, κατ' ἐξοχὴν hîc innui nomen* יהוה, *non novum DEI nomen formari,* ut cum Rabbinis quidam nostratium contendunt. Alii per ellipsin dictum volunt *Nomen* pro *Nomen Jehovæ,* quod ex v. 16. subaudiendum sit. Prout aliâs verbum pro verbo DEi, dextra potestatis Marc. XIV, 62. pro dextra potestatis DEi Luc, XXII, 69. ponitur. Et in profanis ἐλλειπτικῶς ὀμνύειν Ἀττικῶν ἐστι, de quo ex Pindaro

daro, Ariſtophane, Pauſania, Läertio plura collegit *Matthæus Polus Synopſ. Critic. P. I. vol. I. fol. 614* De illi pſi tamen hac audire juvat *Franciſcum Lucam Brugenſem in Romanis correctionibus Vulgatæ Lat. ad h l.* Cave addas *Domini* aut *DEi*, quod conſultò omiſſum à Moſe eſt: ob ſummam, ut volunt, reverentiam, ut *Fagius* addit, atq; *Lorinus* omnes in eo conſentire ait *Comm in Levit. p 833.* R. Aben Eſra in Levit 24, 16. ולמען כבוד השם לא נזכר *& propter venerationem DEI* (nomen illud) *non memoratur.* Præterea non quidem tanquam ſpeciale nomen divinum ἔξοχον, tamen per aliquam modò recenſitarum loquendi rationum de יהוה accipiendum eſt nomen שם etiam ſine ה poſitum *1. Paral. XIII. (XIV) 6.* confer Deut. *XXXII*, 3. & in noſtræ legis Levit *XXIV. 16.* hemiſtichio poſteriori בנקבו שם idem eſt quod שם יהוה quod clarè oſtendit prius. Uſitatumq; aliâs ſatis eſt in lingua cùm ebræa Veteris, tùm græca Novi Teſt. ut nomen pro perſona vel re nominata metonymice ſumatur: cujus exempla monſtrat atq; ex Flacio rationem affert *D. Glaſſius Philol. S. Lib. V. tr. I. c. 4. p. 75* Idemq; ex Æſchylo & Virgilio, verbis Eraſmi probat, certaq; hujus documenta ex Livio a *Vechnero*, in elegantiſſimo Hellenolexias libro, ſuppeditata collaudat. Uti Nomen Romanum, Volſcum, Latinum etc. pro ipſis ſæpe Romanis, Volſcis, Latinis etc. nomina pro ipſis perſonis, poni, pluribus probare ſategit Roa P. II. ſing. p. 453. Quale exemplum etiam ſatis conſpicuum in Syriaca N. T. verſione Act. V. 41. ponitur ܒܫܡܗ pro ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ (Ιησ.) Qvòd Rabbini ſæpe cum vel ſine articulo DEum ita denominent, in eo omnes pariter conſentire videmus. Quomodo idem שם aliâs famam, dignitatem & eminentiam, nec non autoritatem ac mandatum denotet, atq; à ܫܡܐ vel æth. ስም nomen impoſuit, derivetur, non attinet pluribus hîc recenſere.

§. VI. Quemadmodum & de nomine יהוה ſeorſim ſpectato, ſilere ſatius, quam parùm dicere. Cùm hujus atq; paulò ſuperioris ætatis eruditi, Theologi ac Philologi, agmine quaſi facto de hujus nominis divini eſſentialis derivatione, ſcriptione, lectione ſeu pronuntiatione, ratione in univerſum grammatica, prima inſtitutione, incommunicabilitate, ſenſu ac uſu biblico, abuſu magico, ſuperſtitione judaica, pluribus quæ continet myſteriis etc. ita ſcribendo certarint, ut

ut integra inde volumina colligere liceat. Videri poterunt ex innumera recentiorum multitudine *B. Lutherus* in Scheinhamphoraſch T. VIII. Jen. Germ. & in Jerem. *XXIII.* 6. alibi. *D. Joh. Bugenhagius* Comm. in Jerem. *XVI.* fol. 112. ſeqq. *D. Joh. Brentius* in Exod. III, 15. *D. Franzius* de interpr. S. Script. orac. 103. p. 621. *D. Joh. Gerhardus* Exeg. L. 2. §. 25. Comm. in Geneſ. p. 326. *D. Dorſchæus* diſp. de hoc nomine & diſp. *XII.* Pentad. à th. 4. ad 26. & alibi frequenter. *D. Calovius* in Theol. natur. & revel. à p. 218. ad p. 395. Bibl. illuſtr. t. 1. V. T. p. 334. Syſt. Theol. t. 2. p. 154. ſeqq. Exeg. A. C. art. 1. c. 1. §. 19. ſeqq. Sociniſm. profligat. p. 111. *D. Waltherus* in Spicilegio de hoc nomine. *Flacius* tract. de nomine Jehova, Clav. Scrip. Part. II. tract. 6. col. 626. ſeqq. *D. Wellerus* εὐδαιμονολογία Pſ. 1. p. 23. *D. Gejerus* in Pſalm. t. 1. p. 23. t. 2. p. 695. *D. Glaſſius* Philol. S. L. II. p. 365. L. IV. p. 674. *D. Tarnovius*, in Amos p. 28. *D. Brochmand* Syſt. Theol. t. 1. artic. 3. cap. 2. quæſt. 3. p. 49. b. *D. Varenius* Decad. Moſ. in Breſith à p. 185. ad p. 204. & in Schmot. p. 99. ſeqq. D. Müller/ Judaiſ. p. 78. & qui, ſecundùm *D. Quenſtedt, Dial. p. 159.* & Venerandum Dn. Seniorem noſtrum, *Sennertum diſſert. de Ebrææ lingvæ origine p. 40. & 44.* Ebraicas literas magnis Romæ ſumtibus addidicit, primusque Germaniæ & huic ſigillatim Academiæ feliciter intulit, earundemque Profeſſor Publicus, idemque h. l. primus, extitit, J. U. D. & Comes Palat. Cæſar. atq; poſteà Maximiliani I. Imper. & Eberhardi I. Ducis Wirtembergici Conſiliarius & Totius Sveviæ Triumvir, *Johannes Reuchlinus*, juxta Eraſmum ac Hermolaum Barbarum vulgò græcè *Capnio* dictus, lib 3. de arte Cabaliſt. Ejusdemque Succeſſores digniſſimi ac in Ebræa literatura longè Celeberrimi, *D. Joh. Förſterus, D. Joh. Avenarius, Valentinus Schindlerus in Lexicis, Laurentius Fabritius* de nomine Jehova, & quem præſentem veneramur, *Dn. Andreas Sennertus* diſput. de ἀνεκφωνήσει Nominis Jehova, anno 1642. & de Tetragrammato anno 1646. *Hackſpan* Not. Phil. P. I. p. 175. 286. 455. ſeqq. & diſſert. 1. de nominib. div. *D. Wasmuth* diſp. de nomine Jehova anno 1670. *L. Carpzovius* de legitima tetragr. lectione anno 1675. *Sam. Bohlius* diſp. 1. pro formali Scripturæ §. 27. ſeqq. *Alb. Voigt* Delicijs S. p. 8. *Joh. Conradus Dietericus* Antiqv. bibl. p. 161. *Greg. Francus* Lex. Sanct. n. 60. p. 67. & inprimis numerandus *D. Pfeiffer* Faſcic. diſſert. phil. 8. à p. 148. ad p. 163. Introd. in Orient, ſive Synopſ. quæſt. phil. diſp. 4. quæſt. 7. p. 79.

Addan-

Addantur his *Galatinus* de A.C.V. lib. 2. c. 10. *Paulus Fagius* in Exod. VI. *Arias Montanus* in libro Joseph, *Pagninus* in thes. lingvæ S., *M. Maring* in arca Noë, Angelus *Caninius* de locis hebraicis, *Bonfrerius* in Pentat. p. 358. 370. ut & Janus *Drusius* de tetagr, Sixt. *Amama* dissert. de nomine Jehova, inserta Antibarb. bibl. à p. 473. ad p. 559. edit. Amstelod. in 8. *Fr. Gomarus* P. III. disp. 5. 4. *Rivetus* Comm. in Exod. III, 15. & in Psalm. CX. *Chamier* Panstrat. *Spanhemius* Dub. Evang. *Piscator* appar. quæst. ad Pentat. *Altingius* LL. CC. p. 27. *Scaliger* in notis de emend. temp. fol. 34. *Buxtorf.* Pat. in Lex. Min. rad. הוה & Bibl. Rabb. in libro Raziel p. 408. Fil. de nominibus div. p. 276. Lud. *Cappellus* oratione de nomine Jehova, *Hottinger* fascic. dissert. p. 259. *Füllerus* Miscell. S. lib. 2. c. 6. lib. 4. c. 13. & append., *L. Empereur*, *Erpenius*, *Leusdenius* in Jona illustr. p. 94. aliique quos præsens non capit pagina. Cùm autem Jacobi Genes. XXXII, 29. Manoœ Judic. XIII, 17. Aguris Proverb. XXX, 4. repetita vox ardensque desiderium fuerit, divini Numinis distinctum nomen cognoscere : nostra meritò vota in unitate fidei eisdem jungimus. Memores tamen sententiæ *D. Gejeri in Proverb. p. 19. de nomine DEI Jehova non esse, qvod hîc differamus prolixè, consuli posse LL. theol. de DEO ejusq; nominibus, item D. Calovij de Theol. natur. & revel., inde satis constare, qvomodo hoc nomen unius veri DEI sit proprium &c.* Brevissimè statuimus: יהוה esse ab הוה fuit deductum; in N.T. & apud LXX. sæpissimè per κύριος, aliquoties per θεός redditum, ut Hackspanius ac Füllerus observant. Aliâs huc spectat Græcorum αὐτοφυὴς, & significantissima *Scaligeri* vox αὐταυτὸς *Exerc. 365. s. 2 p. m. 1119.* quæ & *D. Calovio* elegans habetur *Exeg. A. C. art. 1. c. 1. §. 20.* & *D. Walthero in Spicil.* ansam suppeditâsse dicitur formandi vocem αὐταυτότατος, quæ cùm sæpe aliâs, tùm quoque *D. Calovio* recepta est, *de persona Christi p. 519.* Accedit huc ἀϊδιαεὶ & Junio hîc usurpata, controversa satis, vox ἀυτόθεος & αὐτοών: idemq; sibi vult ὁ ὤν apud Platonem in Timæo, & ἐι apud Plutarchum opusc. de ἐι juxta Lorini sententiã. Nec ὄντα solùm, sed & ὑπὲρ ὄντα Deum denotat *Glass. Phil. S. Lib. 4. tr. 1. p. 674.* Hinc יהוה, vel cognatæ significationis אהיה, ex recepta Doctorum sententia, significanter exprimi dicitur Apoc. I, 4 8. IV, 8. XI, 17. tribus ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος vocabulis, designantibus essentiã Dei æternam, quæ intuitu triplicis temporum differentiæ à finito

intellectu noſtro conceipi ſolet. Quas tres voces myſticâ ratione ea nomina comprehendere videntur *D. Varenio Decad. Moſ. in Exod. p. 104. & in Geneſ. p. 196. Alcaſari ap. D. Gejerum t. 2. in Pſalm. p. 695. Zanchio lib. I. de divinis attrib. cap. 13. Fullero Miſcell. S. Ap end. p. 784.* In *Schemoth Rabba* certè nomen אהיה per tres temporis differentias exponitur, his verbis: אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא ut eſt apud *Buxtorf. diſſert. phil. p. 249.* Quòd Chaldæus interpres nomen יהוה nunquam integrum retineat, & per duo vel tria jod aut puncta exprimat, aliunde notum eſt. Syri idem per ܝ̣ ,ܗ̣ ,ܗ̣ vel ܝ̣ reddunt, atque ultimum hoc per alteram Cabalæ ſpeciem נטריקון concinnè exponunt tribus vocibus ܗ̣ ,ܗ̣ ,ܗ̣ ut ita רת attendentes cœli terræque dominium, ſummam majeſtatem æternamque DEI eſſentiam in voce ܗ̣ mentiſuæ queant ſiſtere. Samaritanus retinet יהוה Gen. II,4 ac alibi in verſione Pentateuchi Chaldæo-Samaritica. Quidam rationem originis ebraicæ habentes, convertunt יהוה latinè Eſſentiator, alii Eſſentians: quibus propterea nullam nos litem intendimus, cum Junio & Tremellio nomen Jehovæ, vel, ſi res ita ferat, cum B. Luthero, Vulgato, Pagnino, Munſtero, Montano aliisque nomen Domini retenturi. Nomen igitur יהוה adjectâ, ut in יעקוב & ישחק, literâ hëemanticâ, factum dictumqve Græcis ac eruditis paſſim Τετραγράμματον, Ebræis item frequenter שם בן (של) ארבע אותיות ratione ſignificandi per excellentiam: cùm in Lingva S. æquè ac in aliis pluribus, Orientis & Occidentis, lingvis, nomina quædam divina totidem ſint comprehenſa literis: videri eadem poſſunt apud *D. Calovium Theol. natur. & revel. p. 219. Athanaſ. Kircherum Oedip. Æg. T. II P. I. cl 4. c. 7. p. 287. & ex hoc recenſentem D Joh. Erneſt. Gerhardum diſp. umbra in luce lit. G. 2. §. 7. D. Pfeifferum faſcic. diſſert. p. 148. Cregutum in* רזיא רבי *Gen. c. 4. v. 25. p. 214. Maderum oratione de numero ternario p. 35. & alios.* Hæc quà deductionem nominis יהוה etymologicam: ipſam verò ſignificandi vim haud ita facilè exprimere licebit. In eo inter plures, Rabbinos atque Chriſtianos, convenit, eſſe hoc nomen DEO *eſſentiale*: dictum inde Rabbinis שם ההויה

& העצם שם ut eleganter est apud Aben Esram in Exod. III. Nec minùs verè dictum est in Cosri P.IV. pag. m. 313. השם חנכבד יוד הא וו הא שהוא נאן לעצם האלהי המתאחד *Nomen glorioſum jod he vau he propriè competit eſſentiæ divinæ unicæ.* Designat itaque hoc nomen DEI in una immutabili & independenti essentia æternam primùm existentiam, gratiosam deinceps ac efficacem adessentiam, mirandis divinæ bonitatis aut justitiæ operibus apertissimè ac insigniter declaratam: quæ & omnibus aliis existentibus essentiam, motum & vitam liberalissimè communicavit: Adeoque infert in DEO essentiæ independentiam, promissionum & comminationum constantiam ac operum div. efficaciam. Quòd propriè, ex æquo, in casu recto & sine additamento alienante, singulis Deitatis personis, adeoque, ut loquitur *D. Varenius Decad. Mos. in Exod. p. 100. illi, qvi est αὐτόθεῳ, tum in oppositione dependentiæ, tum communicationis,* conveniat, invictè demonstrârunt allegati sub initium §. hujus p. 14. Theologi nostrates, Quin & DEUS sibi, & Sancti eidem, uni & soli hoc nomen Jehova appropriant Exod. III, 15. VI, 3. XV, 3. 1. Reg. XVIII, 21. Psalm. LXXXIII, 19. Esaiæ XXXVII, 20. XLII, 8. XLVIII, 2. LI, 15. LIV, 5. Jer. X, 16. XVI, 21. XXXI, 35. XXXII, 18. XLIV, 26. LI, 19. Oseæ XII, 5. Amos V, 8. IX, 6. Cui grammaticè & logicè id proprium esse demonstrat *D. Calovius Exeg. A. C. art. 1. c. 1. §. 21. 22.* contra quosdam Calvinianos *de persona Christi p. 519.* contra Socinianos, *Socinism. profligat. p. 111. seqq & Theol. natural. & revel. p. 278. seqq.* simul adversùs Pontificios, Remonstrantes atq; Syncretistas *T. II. Syst. Theol. p. 159. seqq.* Quod grammatica quidem γνωρίσματα nominis proprii concernit, ea ex *Ephodæi opusc. grammat. c. 9. cum D. Wellero in Psalm. I. p. 23. D. Calovio l. c. D. Pfeiffero Fascic. dissert. p. 149. Buxtorf. dissert. philol. p. 249. Aben Esra in Exod. III,* aliisque, huic nomini optima ratione vendicari possunt singula. Ebræis inde המיוחד audit, Vid. Lipm. Nizach. p. 162. *atq; nomen accuratissimum, proprium & excellentissimum,* juxta *Cosri Part. IV.*

והדיקות והמעלה היתיר׳ אינה כי אם בשם הנכבד וי׳

Similia habet Aben Esra ad nostram legem: השם הנכבד שאינו שם התאר ולא יתערב עם שם כי הוא לבדו Nomen glorioſum, quod non est denominativum (epitheton)

& non permutatur cum nomine (æquipollet שם) quia eſt proprium. Et apud *Menaſſe ben Iſrael* Conciliat. in Exod. quæſt. 3. p. m. 98. proprium dicitur *R. Jehudæ Levitæ in Cuzari lib. 2. art. 2.* quia diverſum à cæteris nominibus, ſoli divinitati proprium eſt, nec quidquam niſi neceſſitatem exiſtentiæ divinæ ſignificat. Quæ potior ſanè attributi hujus ratio eſt, quàm ea quam vanè jactitat Judæus in *Coſri P. IV. p. 261. edit. Buxt.* והיה השם הזה מיוחד בנו שאין אחר יורע אותו אמתת יריעתו זולתנו *Nomen hoc peculiari privilegio noſtrum* (Judæorum) *eſt, nec qvisqvam alius veram ejus notitiam habet præter nos.* Nimirum ille ſapit ſolus: quod à divina impoſitione Scriptorumque Divinorum appropriatione arceſſendum, egregiè convenit peculiari Judæorum notitiæ, quæ tanta eſt, ut ſe prima quoque nominis hujus elementa ignorare ſponte fateantur & multùm conquerantur alii, jactantiæ hujus immemores, quin & ruditate ſuâ aſini ingenium referentes, quæ propria ipſorum confeſſio, argumentatione ſubnixa, extat in *lib. Schabbath cap. 15. fol. 112.* Tandem nomen יהוה ratione olim intermiſsæ pronuntiationis, factæque per alias voces expoſitionis, Judæis dicitur המפורש quod *B. Lutherus T. VIII. Jen. Germ. D. Pfeiffer Faſcic. diſſert p. 170. Druſius de Tetragr. c. 6. & Buxtorf. Lex. Talm. p. 2541.* pluribus pertractant. Quæ verò expoſitiõ, per 12. 42. aut 72. literas, ex גלי רזיא & *Aben Eſra, à Galatino de A.C.V. lib. 2. c. 11. & 12.* aliisque hodie adduci vulgò ſolet, non-neceſſaria eſt, planè incerta, conficta prorſus ac ſuperſtitioſa demum: eoque minùs legitimam nominis יהוה pronuntiationem impedire poteſt aut tollere. De noſtra ſententia nomen יהוה, uti cum Moſe & Prophetis in compoſitione, ſic etiam extra eam nudum & ſimplex, ſine ſuperſtitione, contemtu omnique abuſu, legitimè iis quibus conſtat literis & vocalibus, per Jehova, vel Jehovi, ubi ubi occurrit, ſemper poteſt pronuntiari. Quod octo rationibus firmiſſimis eleganter ac invictè probat, & contra objectiones ſolidè vindicat *D. Varenius Decad. Moſ. in Exod. p. 101. ſeqq.*

§. VII. Crimen læſæ Majeſtatis, Regiæ aut Imperatoriæ, realis vel perſonalis, integra ſæpe familia fuit, receptâ plurium, cultiſſimarum etiam, Gentium conſuetudine: ob metuendum ſcelus paternum, in poſteris redivivum, læſæque; inprimis Reipublicæ vel Perſonæ ſublimem ſtatum, excellentiam & majeſtatem, aliis etiam ſanctâ veneratione co-

ne colendam. Veneranda & cum timore ac tremore colenda Jehovæ Majestas, Regibus etiam terræ, ac Summis Monarchis Psalm. LXXVI. 13. in omni terra Psalm LXXXIII. 19. cui nusqvam similis Ps. LXXXVI, 8. Esaiæ XLVI, 9. nunquam superior Ps. XCVI, 4. XLVII, 3. Summa & infinita in DEo majestas, non sine gravissimo crimine læditur: sed quas daturos pœnas eos cogitabimus, qui hanc Regis Regum & Domini Dominantium 1. Tim. VI, 15. Apoc. XVII, 14. XIX, 16. majestatem violant? Eas mortis notione in nostra lege exprimit Legislator Sacratissimus, constituens pœnam tali confestim flagitio immittendam. Elegantissimâ simul ac penetrantissimâ voce Ecclesiasticus cap. XXIII, 16. blasphemiam vocat λέξιν ἀνπιπεριβεβλημένην θανάτῳ: quæ verba *Lorinus in Levit. p. 837.* accuratè ita παραφράζει: *loqvelam circumvestitam morte, totam obvolutam, comprehensam & qvasi possessam â morte. B.* Lutherus reddit: Es ist auch ein tödtlicher Fluch / dafür behüte GOtt das Hauß Jacob! Cui tödtlich idem, quod D. Jacobo θανατηφόρος cap. 3. v. 8. Igitur qui hoc Angelicis Potestatibus adorandum, Sanctis tremendum, omnibusque venerandum Nomen ex destinata animi malitia non religiosum habuerit atq; sacrosanctum, sed impio blasphemoq; ore profanaverit, is מות יומת. Quæ pœna gravissima divinitùs huic flagitio constituta infligendaq; est ex severissima comminatoria DEi sententia omnibus, quotquot horrendo huic crimini se involverint. Pœnæ universalitatem ex indefinita & disjunctiva locutione, gravitatem ac vehementiam ex ejusdem verbi energetica prorsus repetitione, specialem determinationem ex subjecta statim exegesi, legisq; rite observatæ executione, certitudinem demum & inevitabilitatem ex perpetuo Scripturæ consensu colligamus. Quicunq; בנר כאזרח dicitur: de hoc locutionis genere confer *D. Glass. Philol. S. Lib. IV. tr. I. obs. 3. p. 651. R. Dav. Kimchi in Hos. IV, 8.* de oppositionis specie confer loca Exod. XII, 19. Levit. XVI, 29. XVII. 15. *XVIII, 26. Numer. XV, 30. Jos. VIII, 33.* &c. in hunc sensum: sicut peregrinus, à cœtu Israelis & communione Ecclesiæ, hospes qui in Gentilismo alibi natus, apud vos Israelitas extra patrium suum solum propter cultum divinum vel alia sua, civilia etiam, negotia hospitatur, atq; in eadem vobiscum Republica, civili, sive simul ecclesiastica, ut גר תושב sive גר הצדק, vivit & commoratur: eadem prorsus ratione etiam indige-

 na, qui

na, qui eo, quo oriundus est, loco vivit, patrio solo ac jure fruitur, Israelita putà secundùm carnem 1. Corinth. *X, 18.* ex Patribus descendens, punietur, ubi divinum Numen ac Nomen convitiis proscindere temerè præsumserit: unum idemq; utriusq; jus erit & judicium *Levit. XXIV, 22.* Quemadmodum etiam Legibus Romanis sancitum, & Decretis Pontificum Rom. introductum est, ut reus delinquens sortiatur forum ratione delicti, vel originis, vel domicilii C. ubi Senat. vel Clariss. l. 1, & authent; qua in provinc. & C. ubi de crim. agi oportet: in Jure Can. 6. q. 3. c. si quis Episc. Quicunq; igitur ex populo DEi sive minùs talis Ephes. *II. 12.* Israelita sive Ægyptius, Judæus sive Græcus, servus sive liber, mas sive fœmina, maledicendo expresserit Nomen Jehovæ; quocunq; id fiat loco, intra vel extra castra, domi aut foris, privato vel publico loco, hocq; sacro aut minùs tali; quocunq; id fiat tempore, diurno nocturnove, matutino vel vespertino: quicunque quando & ubi laudibus divinis decebat esse intentum (quod nec temporis, nec loci differentia circumscripsit) DEUM sanctamq; ejus voluntatem, opera & Verbum, quà voce, quà scriptis aliisve modis profanaverit, traduxerit, blasphemaverit, morte omninò morietur. Mortis præsentissimæ luculenta hic habentur documenta, in phrasi מות יומת. Hactenus enim (1) מות יומת & (2) מות תמות in generali significato mortis certò & inevitabiliter insecuturæ conveniunt: speciatim tamen prius, in nostra lege obvium, mortem publico facinore promeritam, ex præscripto divinarum Legum, in foro civili Israelitico infligendam notat, adeoq; violentam; posterius non item, sed potissimùm mortem, quam vocant, naturalem, à DEo ob quodcunq; peccatum, etiam minimum, immittendam: quin etiam posterior hæc locutio præter naturalem corporis, spiritualem animæ, simul & æternam mortem, atq; ita amissionem præsentis vitæ, divinæ gratiæ & cœlestis gloriæ, in Scripturis S. designare solet. Quod discrimen studiosè observavit Chaldæus Paraphrastes, prius, nostræ legis, magnâ accuratione perpetuò convertens אִתְקְטָלָא יִתְקְטֵל occisione occidetur, subinnuens facinorosum extremo afficiendum supplicio, seu occisione & morte violentâ interiturum. Posterius verò, ut sub exemplo agamus, Gen. II. 17. obvium, reddidit מִיתַת תְּמוּת cùm primi generis humani Parentes unà cum omnibus posteris, per transgressionem legis divinæ,

gratiâ

gratiâ vitaq; ſpirituali ex DEo exciderint, & præterea naturalis ac æternæ mortis reatum contraxerint. Sed & in parte laudis *LXX.* viralis Verſionis ponendum eſt, quòd duo ſuperiùs diſtincta diligentiſsimè expenderint, reddentes poſterius quidem per θανάτῳ ἀποθνήσκειν ἢ τελευτᾶν mori, vitam finire; aſſ prius, noſtri textûs, per θανάτῳ θανατᾶν quod eſt morti adjudicare, capitis ſeu rei capitalis damnare. Plutarch. in Themiſt: Idem ſignat θανατόω in N. T. aliquoties, utpote ignominioſiſſimam Salvatoris noſtri in cruce mortem Matth. *XXVI, 59. XXVII, 1. Marc. XIV, 55. 1. Petr. III, 18.* Apoſtolorum & fidelium Martyrum, nunc gloriosè triumphantium, indigniſsimas perſecutiones, & omni ævo inauditas ſuppliciorum ſpecies, adeoq; varia truculentiſsimæ & violentiſsimæ mortis genera *Matth. X, 21. Marc. XIII, 12. Luc. XXI, 16. Roman. VIII, 36.* Cum quibus Interpretibus, per מות יומת in noſtra lege judiciali, *violentæ mortis* ſpeciem intelligimus, eandemq; publicè de ſententia Judicum ex præſcripto legis ab univerſo cætu, capitalium pœnarum executoribus deſtituto, (quod probat D. Pfeiffer Prodr. Antiq. S. p. 42) infligendam, & ſpeciatim Lapidationem, de qua §. *VIII.* Sic de violentæ mortis ſpecie uſurpatur in Sacris geminata hæc in diverſis, 1. & 3. conjugationibus locutio מות יומת de lapidatione hominis ſeu beſtiæ, divinum ſpeciale mandatum transgredientis Exod. *XIX, 12.* idololatræ *Levit. XX, 2.* profanantis Sabbathum Exod. *XXXI, 14. 15.* exemplo ligna colligentis Numer. *XV, 35.* de ſupplicio d'ro anathematis fulmine percuſſi *Levit XXVII, 29. Judic. XXI. 5.* qualis Achan *Joſ. VII. 13.* impietati in parentes maximæ ſtatuto *Exod XXI, 15. 17. Levit. XX, 9.* de pœna homicidii *Exod. XXI. 12. Levit. XXIV, 17. Numer. XXXV, 16. 17. 21. 31* adulterii *Geneſ XXVI. 11. Levit. XX, 10.* Sodomitici flagitii *Exod. XXII, 19. Levit XX, 15.* peculatûs *Exod. XXI, 16.* Ubi expendenda regula, ex R. Salomon Jarchi, R. Levi, Hiſcuni & Autore Peſictæ vulgò adduci ſolita, quæ talis eſt. 1. Ubicunq; in LL. pœnalibus dicitur יומת ſine addito, vult dicere *per manus DEi*, ſive ibi intelligitur mors cælitùs immiſſa: 2. ubicunq; dicitur ſimpliciter & abſolutè מות יומת vult dicere *per manus Domus Judicii*, ſive ibi debet accipi de ſtrangulatione, ſupplicio leviſsimo, vel ſuffocatione: 3. ubicunque hiſce מות יומת additur: *ſanguis ejus ſuper eum*, ibi intelligitur ſupplicium graviſsimum, Lapidatio. Vide

D. Va-

D. *Varenium* Decad. Mos. in Levit. p. 117. seqq. *Dilherrum* in Eclogis S. p: *186. Fesselium* Adverss. S. L. I. c. II. §. 4. p. 66. *Buxtorf.* in Lex. min. rad. מות *Aben Esram in Exod. XXI, 15. Ipsa* רשי verba ita habent in Levit. *XX, 9.* דמיו בו יהו סקולה וכי כל מקום שנאמר דמיו בו דמיהם בם ולמדנו מאוב וידעוני שנאמר בהם באבן ירגמו אותם דמיהם בם ופשוטו של מקרא כמו דמו בנפשו אין נענש על מיתתו אלא הוא שהוא גרם לעצמו שהרג *Sangvis super* eum: *intelligitur Lapidatio: & sic in omni loco, ubi dicitur, sangvis ejus super eum, sangvines eorum super eos. Id discimus (ex loco Scripturæ Levit. XX, 27.) de pythone & ariolo, de qvibus dicitur, lapidibus obruent eos, sangvines eorum super eos. Et simplex (literalis) Scripturæ sensus est, q. d. sangvis ejus super ipsum, non punitur morte nisi ipse, qvi sibi ipsi causa extitit, ut occideretur.* Nos propter legem nostrā nunc ad duo posteriora Rabbinicæ regulæ membra potissimùm attendentes, pronuntiamus, hanc normam non κτ παντὸς, nec ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον valere, affirmativè, negativè & reciprocè, adeoq; additionis capacem seu inadæquatam, quin dubiam & falsam, & proinde nullam esse: nec ratione, nec Scripturarum legitimâ inductione niti. Manifestâ ἀσυλλογιστία רשי à particulari & determinato, ad universale & indeterminatum colligit, à pythone ad omnem lapidandum. Rectissimè tertium regulæ membrum refutat *Aben Esra*, meritò suis dictus החכם & Judæus gravissimus satisq; acutus *Hackspanio* in Nizach. p. 236. *Schickardo* etiam sub calcem juris Regii laudatus atq; D. *Clodio* disp. de Cherubin. p. 10. ceu emunctionis naris inter Rabbinos, sæpe majorum fabulosa & falsa vel corrigens vel refutans & explodens. Quod verissimè dictum, usu hîc comperimus: is namq; אע in Levit *XX*, 9. ita scribit: והנסקלים גם הנחנקים דמיהם בם וכלל אומר בכל המיתות כי צריכים אנחנו למסורת אבותינו כי לא נוכל להוציאם להמיתם מהכתוב וכול *De Lapidandis & strangulandis pariter exaudimus, sangvinem eorum esse super ipsos.* Summatim dicendum est, de omni-

nnibus ſuppliciis capitis, nos opus habere patrum noſtrorum traditionibus: quandoquidem ad mortem illos ex Scriptura educere non poſſumus. Quibus poſterioribus verbis manifeſtè prodit ingenium Judaicum, legi שבעל פה deditum, & præter meritum cujusdam imperfectionis ſcripturam inſimulat; prioribus tamen rectè infringit univerſale Raſchi aſſertum, nec admittit in ſenſu etiam affirmativo: in quo tertium Regulæ membrum concedit D. Vareniusl. c. neutiquam tamen negativo & excluſivo: quòd non intelligatur in LL. pœnalibus lapidatio, ubi verbis מות יומת non adjunguntur verba, ſanguis ejus ſuper eum: ut vult membrum regulæ medium. Quod ſimpliciter & abſolutè aſſertum falſiſimum eſt: & pluribus allegatis ante exemplis Exod. XIX, 12. Levit XX, 2. Numen XV, 35. &c. ſingulisq; noſtræ legis circumſtantiis apertè repugnat: ubi ſolùm מות יומת habetur, neutiquam tamen ſtrangulatio, ſed lapidatio intelligitur, ut expreſsè adjecta epexegeſis evincit luce meridianâ clariùs: in qua tamen Rabbinorum quenquam cæcutire rarum non eſt neq; mirum; mirandum potiùs, ejusmodi ex cœcitate errantem, in iis ipſis etiam, à Chriſtianis ducem eligi. Manet igitur, מות יומת in noſtra lege mortis violentæ ſpeciem inferre: non quidem ſtrangulationem, juxta ſecundum rabbinicæ regulæ membrum; ſed lapidationem, de qua mox. Aliâs idem verbum מות in eadem I. conjugatione geminatum מות תמות plus vice ſimplici *mortem naturalem* deſignat. Geneſ. II. 17. Num. XXVI, 65 Judic. XIII, 22. 2. Samuel. XII, 14. XIV, 14. vide loca ſingula huc pertinentia apud D. Varenium in Geneſ. p. 265. & cum nomine ſuo conſtructum, beatum juſtorum obitum Numer. XXIII, 10. quem hîc in noſtra lege non minitatur Summus Legislator, quippe qui, obſervato hoc ſubjectorum diſcrimine, verè proprièq; dictæ pœnæ rationem non habet Rom. VIII. 1. 2. Corinth. V, 4. Phil. I, 21. nedum graviſſimæ, horrendo blaſphemiæ crimini divinitùs conſtitutæ. Duriora equidem verba nonnunquam infirmitas carnis, magnitudo crucis &c. inſciis velut ac invitis DEi ſanctis, Jobo aliisq; expreſſit, ut execrati inde dicantur Jobi III, 1. ac blaſphemi 1. Tim. I, 13. quibus id divina condonat gratia, verâ ſubſequente pœnitentia; Aſt qui pertinaci animi propoſito, deſtinatâ voluntate ac affectatâ malitiâ enorme hoc flagitium deſignant, amiſsâ DEi gratiâ, *mortem ſpiritualem* ſibi accele-

rant Matth. XII, 31. 32. ac, ubi corde finaliter incredulo blasphemoq; ore convitia eructantes permanserint, *æternum* simul *exitium* atq; mortem: quam eadem locutione exprimunt verba Genes. II, 17. Ezech. III. 18. XVIII, 13. XXXIII, 8. 14. ubi præ dolore, ira ac furore, blasphemi suas verè commanducabunt linguas: quod aliàs eis tribuitur Apoc. *XVI*, 10. Quâ quidem æternâ pœnâ gravior cogitari dicive nulla potest: exquisitissima hîc tormenta nesciunt ob copiam, numerum, ob magnitudinem mensuram, ob durationem terminum.

§. VIII. Sed nec supremum in terris supplicium, blasphemo facilè subeundum. Vivus enim lapidibus obruendus erat, ex divino mandato, quod in nostra lege ita habet: רגום ירגמו בו כל העדה Verbum hoc infinitum, suo finito præpositum, significationem intendere ostenderunt *D. Glass.* Phil. S. L. 3. tr. 3. can. 37 p. 350. *Buxtorf.* thes. Gr. l. 2. c. 16. p. m. 499. *Kimchi* Mich. f. 11. col. 2. עדה nomen singulare & collectivum, à קהל ut species à genere, à לאמים ut totum à specialiori differt: prius *D. Wellerus* in Pf. I. p. 57. posterius *R. Salomon* in Pf. *VII.* 8. asserit. Per synthesin ergò rite jungitur verbo plurali *D. Glass.* Phil. S. L. 3. tr. 3. can. 53. p. 398. *Buxtorf.* thes. Gr. l. 2. c. 10. p. m. 424. Rem ipsam quod concernit, Lapidatio, Rabbinis סקילה Chald. רגימתא אבנא dicta, inter quatuor capitalia supplicia, in Rep. Israëlitica ordinariè adhiberi solita, à *D. Gerhardo* Harm. Evang. p. 620. 806. 1844. *D. Wellero* Spicil quæst. Ebr. Syr. disp. 3. quæst. 1. §. 24. *D. Pfeiffero* prodr. antiq. S. p. 4. *Bonfrerio* in Pentat. p. 677. inpr. in *Sanhedrin, c. 7.* recensita, primo ferè loco ponenda est: gravior sanè pœna à Judæis æstimata fuit *strangulatione*, חנק seu meliùs è Jobi *VII*, 15. מחנק dictâ; & in sterquilinio factâ. *Decollationem* הרג (בסיף) si non rei turpitudine, certè gravitate ac diuturnitate pœnæ superabat. *Combustioni* verò an multùm cedat lapidatio? Talmudistæ disceptant in Sanhedr. c. 9. §. 3. Ubi Coccejus p. 57. inquit: *Lapidatio in blasphemum & idololatram statuta est, crimina omnium maxima. Meritò igitur hac maxima pœna censetur.* Combustionis origo meliùs deducitur à supplicio in Aaronis filios Levit. X. 2. quàm in Cotachi cœtum Numer: *XVII, 3.* divinitus exercitò. Gemara in cap. 7. Sanhedr. utrumq; admittit. Vocatur ea שרפת נשמה quòd fervens plum-

plumbum vel ſtannum in os damnati infuſum, intùs eum exuſſerit atq; exanimarit. Hinc Joſephus lib. 3. Antiq. Jud. cap. 9. inquit. Nadab & Abihu combuſti ſunt flammâ in eos conversâ, & vultus ac pectora eorum depaſcente: nec ſuccurri potuit, quin ita occumberent. Comburendi erant inceſtuoſi Levit. XX, 14. & filia Sacerdotis fornicatrix. Ut rectè repetit Sanhedr. cap. 9. ואלו הן חנשרפין הבא על אשה ובתה ובתכתן שנתה *hi urendi ſunt qvi conſveſcit cum muliere ejusq; filia: & filia Sacerdotis ſcortata.* Ut de beſtia Exod. XIX, 13. & cornupeta XXI, 27. nil dicamus, *Lapidandi* erant idololatra Levit. XX, 2. & ad idololatriam ſeducens Deut. XIII, 10. XVII, 5. pytho & ariolus Levit. XX. 27. Achan anathematiſatus, de quo pluribus *Lorinus* in Levit. p. 629. Sabbati violator Numer. XV. 35. filius contumax Deut. XXI, 18. 21. maledicens parentibus Levit. XX; 9. inceſtuoſus, qui cum noverca v. 11. aut nuru ſua v. 12. rem habet, ἀρσενοκοίτης v. 13. πτεραποδεκοίτης v. 15. 16. juxta tertium rabbinicæ regulæ membrum, ſupra p. 23 affirmativè conceſſum: item juxta claram literam deſponſata ſcortans Deut. XXII, 24. Hæc autem ritè deſponſata cùm divinis humanisq; legibus æquiparetur maritatæ: è natura ſimilium haud ineptè colligitur, maritatam *adulteram*, eidem cum deſponſata Lapidationis pœnæ obnoxiam olim fuiſſe. Quod luculenter confirmat hiſtoria cùm Suſannæ, tum inpr. adulteræ Joh. VIII, 5. ubi Chriſtus v. 7. concedit atq; probat aſſerta Phariſæorum, Moſen lapidationis pœnam in adulteras ſtatuiſſe, Moſes verò Levit. XX, 10. tantùm מות יומת dixerat, nec hìc nec alibi דמיהם בהם adjecerat: Phariſæi tamen lapidationem ibi à Moſe præceptam & apud ſeſe tum receptam teſtabantur, non abnuente Chriſto. Unde viciſſim medium memoratæ ſæpius regulæ rabbinicæ membrum particularitatis, alioquin manifeſtæ falſitatis arguitur. Hoc infirmo tamen fundamento nixi R. Levi, autor Peſictæ & ipſimet Talmudiſtæ pronuntiant in Sanhedr. c. 10. *ſtrangulatur, qvi cum alterius uxore concumbit.* Si de omnibus id aſſertum velint, dicimus, diverſum teſtari DEUM apud Ezech. XVI, 40. XXIII, 45. 47. Judices Suſannæ, Phariſæos Joh. VIII. R. Kimchi in Ezech. XVI, 40. ipſosque Talmudiſtas in Sanh. c. 7. §. 4. dum alteram hanc rationem ſuppeditant, quòd privignus, qui cum noverca rem habuit, ſit lapidandus, משום אשת איש *qvòd ſit viri*

alicujus uxor, Ergò propter commissum adulterium etiam lapidatur. Conf. D. Varenius in Levit. p. 118. *Lorinus* in Levit. XX. p. 637. *Sanctius* in IV. Reg. VIII. col. 1442. *Dilherr* Eclog. N. T. p. 186. *Amama* Antibarb. bibl. p. 561. *D. Pfeiffer* prodr. antiq Sacr. p. 6 Eidemque lapidationis supplicio *blasphemus* subjicitur in nostra lege: quod etiam reo Ægyptio nostro Levit. XXIV, 23. atque innocenti Nabotho 1. Reg. XXI, 10. 13. illatum, ob unam eandemque blasphemiæ culpam, illic ostensam, hîc prætensam. Ex eadem ratione idem supplicium ipsi Salvatori Christo inferre tentabat furiosa Judæorum cohors Joh. X, 33. Lapidandos præter adulterum singulos complectitur his verbis Sanhedrin cap. 7. §. 4. אלו הן הנסקלין הבא על האם ועל אשת האב ועל הכלה ועל הזכור ועל הבהמה והאשה המביאה את הבהמה והמגדף והעובר ע"א והנותן מזרעו למולך ובעל אוב וידעוני והמחלל את השבת והמקלל אביו ואמו והבא על נערה המאורשה והמסית והמדיח והמשכב ובן סורר ומורה Hi lapidantur: qui rem habent cum matre, uxore patris sui, nuru, mare, jumento: mulier item, quæ jumentum admittit: blasphemus, idololatra, qui dederit ex semine suo Moleco, pythomantis, hariolus, profanator Sabbati, qui maledicit patri itemque matri suæ, qui violat desponsatam puellam, seductor, qui ad apostasiam impellit, magus, filius contumax & rebellis. *Modum lapidationis* partim è Scripturæ documentis, partim è tenebris simul Rabbinicis, integro inpr. cap. 6. Sanhedr., ostenderunt *Schickardus* de jure regio c. 4. theor. 14. p. 261. edit. Carpzov. ubi simul in hanc rem Drusius, Seldenus, Leusdenius, Menochius, Sigonius &c. allegantur, *D. Pfeiffer* prodr. antiq. Sacr. p. 6. *Fesselius* Adverss. S. Lib. 6. c. 5. p. 70. *Coccejus* in cap. 6. Sanhedr. p. 49. *Dieu* in Act. p. 79. *Lightfoot* hor. hebr. & talmud. p. 420. 490. 492. 635. *Lorinus* in Act. VII, 58. *Sanctius* in *III.* Reg. XXI. col. 1310. d. & in Daniel. *XIII.* col. 574. b. 580. a.

Κατασκευή

§. *IX.* Ex instituta hactenus Scripturarum sententiarumq; collatione constare aliqua ratione potest de genuina legis hujus interpretatione ac sensu, quem nunc amplectimur tuebimurq;, orthodoxo: *Qvicunque DEO maledixerit, mortis reus atqv-*

lapie

lapidibus obruendus est. *Pronuntiatio* Nominis יהוה *simplex* hîc & per totam Scripturam S. est *concessa;* at cum maledictione *conjuncta,* hic & alibi sub gravissima mortis & lapidationis pœna, est *prohibita.*

§. X. Quod ipsum **Verba legis nostræ** inferunt, & gemino confirmant atgumento. Verbum נקב in tralatitio sensu sumitur לקללה או לברכה in bonam aut malam partem: qvod supra p. 7. seqq. inductione omnium Scripturæ testimoniorum & R. Nathanis in Concord. autoritate est confectum. At hîc non in bonam partem sumitur: ob prohibitionem divinitùs factam, quæ non nisi mali est, & denuntiatam actioni huic mortis pœnam; qvæ sine prævia culpa nulla est. Proinde ejus erit significationis subjectum נוקב, qvalem permittit, svadet & evincit prædicatum מות יומת. Nimirum נקב sumitur לקללה quæ est ipsissima maledictio. Hæc verò non in literas committitur aut syllabas, aut per harum simplicem sive scriptionem calamô, sive prolationem ore factam; sed adversùs ipsummet sanctissimum יהוה שם DEUM nempe essentialiter atque personaliter spectatum. Unde sic colligere fas est: Ubicunque נקב ipsimet DEO, in essentia uni, in personis trino, tanquam objecto, tribuitur, ibi sumitur לקללה pro maledictione: quod ex inductione locorum Scripturæ, & formali significatu נקב לברכה constat. Si enim נקב in bonam partem hîc acciperetur, notaret, ipsam DEi essentiam certis literis, sonis ac rationibus, à nobis posse quidem, sed non debere, clarissimè exprimi, adæquatè definiri ac ita determinatè poni, ut singuli sensibus ac animis eam plenissimè cognoscere qveant, prout constituta Jacobo merces Genes. XXX, 28. aut nomina virorum Numer. *I*, 1. Paral. *XII.* &c. vid. p. 7. perfectè, planè plenèque innotuerunt. Non ita DEI in essentia unitas, in personis trinitas: quæ accommodatis huc verbis D. Pauli ὁμολογουμένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον & ὑπὲρ νῶν, ὑπὲρ λόγου, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν verè dici potest. Nec in eo à vero abludit *Thomas* 1. p. q. 3. *negans, Deo nomen imponi posse, qvod divinam essentiam exprimat, sicut in se est.* Cum qvo consentit illa admonitio *Damasceni lib. 1. O. F. c. 13.* ἀγνοοῦντες τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, (θεὸν) τῆς οὐσίας αὐτοῦ μὴ ἐκζητήσομεν ὄνομα. At lex nostra de DEO in essentia uno, personisque trino sub notionibus יהוה שם loquitur, quod

 pluri-

pluribus Scripturæ documentis atq; Synonymis p. 11. est ostensum, & specialiter nunc probandum est

§. XI. Ex antecedenti Ægyptii facinore

v. 11. quod, prout ceteroqvin in malis evenire solet moribus, huic legi speciatim sanciendæ occasionem primam dedit: & in quod primâ vice secundùm definitam in lege nostra sententiam est animadversum. Ejus itaque facinoris subjectum, materiam atque formam, contra fabulosæ gentis judaicæ nugas, jure merito hic asserimus. Blasphemi hujus *nomen*, in Scripturas S. non relatum, dignum est quod in arena scribatur: generali nomine נוֹקֵב aliâs ejusmodi blasphemum in judicio publico insigniri solitum, meminit Mischna Sanhedr. c. 7. quæ vox æquipollet אלהים, si accidentalem literarum valorem spectes, juxta Gematriæ modum priorem. Ejus *patria* communis Ægyptus memoratur: vegeta ac virilis *ætas* præsumitur ex rixis atque verberatione, quæ ipsi cum viro Israëlita intercessit, verbo נצה insinuata; quod in 1. passiva & 3. act. Conjug. præter rixari, notat, in alterum velut involare ac de repente irruere, concertare, ac mutua verba infligere, ut Exod. II, 13. XXI, 22. 2. Sam. XIV, 6. &c. ut multis hæc contentio magis realis quàm verbalis fuisse videatur. Plura sunt, quæ de *Parentibus* ejusdem in dubium vocantur, inprimis cùm *pater* ejus non nisi quà patriam in Scriptura S. describatur. Hinc fiduciâ antiqvitatis multiplicem fingendi licentiam Rabbini sibi sumunt. Scriptura hunc patre Ægyptium, apertè, & contentionis autorem fuisse, non obscurè asserit v. 10. at eundem fuisse filium Ægyptii, à Mose Exod. II, 11. 12. occisi, profani Rabbinorum vulgi sententia est incerta, conficta, falsa: meritò ab Hieron. ab Sal. ben. Melech יופי מכלל ad Levit. XXIV, 10. ואמרו שאביו המצרי שהרג משה *Et narrant* (Rabbini nostri) *qvòd pater ejus fuerit ille Ægyptius, qvem occidit Moses.* Similiter רשׁי ad verba v. 10. בן איש מצרי הוא המצרי שהרג משה est ille Ægyptius, qvem Moses occidit. Non abnuit Lyranus, nec Abulensis in h. l. Confer Sebast. Münsterum in notis ad h. l. Nullibi in Lit. S. asserta, & ne ulla quidem probabili veritatis specie colorata, pro certis isti assumunt 1. Ægyptium illum habuisse filium. 2. eundemque fuisse hunc in de-

in deſerto blasphemum 3. ab ineunte ætate, per integros 40. annos, & quod excedit, à prima Moſis fuga ſupputandos, niſi cultûs divini, cœtûs certè Iſraëlitici tam propensè amantem, ut ſuis domi ſponte relictis, paternæ cædis autorem, per ſaxa, per ignes, per dubia maris rubri ac deſerti arabici itinera, benevolè hactenus fuerit ſecutus, 4. qvò cum patre filius, improbitatis paternæ ex aſſe hæres, judicio Moſis condemnaretur ob blasphemiam, qvæ ex contentiosè rixante, ſeu etiam ſimul percutiente, eſt audita. Et quomodo pater ejus fuit? eum non ex legitimo toro, ſed adulterio hunc filium ex Iſraëlitide ſuſtuliſſe fingunt, adeoqve *matrem* Selomith violati conjugalis fœderis inſimulant Judæi, cum quadam tamen contribulis excuſatione, ſumtâ ab ignorantia, voluntatis actum antecedente. Figmentum totum, vix recenſione, nullâ omninò refutatione dignum, ita habet: Ægyptius poſt à Moſe Exod. 2. occiſus, fuit Præfectus operum: qvodam igitur die ſummo manè, maritô Selomith ad opera dimiſsô, per tenebras clanculum cum ea congreſſus eſt, arbitrante maritum ſuum eſſe: ex fortuita hac commixtione enatus iſte in deſerto lapidatus Ægyptius. *Materiam* litis tacet Scriptura; at neutiquam Rabbini, quid enim horum ſubterfugeret notitiam? *Nugas comminiſci iſtis familiare, qvando veras cauſas ignorant, ne ipſorum acumen ingenij qvidqvam ſubterfugiſſe videatur*, de Rabbinorũ ſapientiſsimis etiam confirmat teſtis in his maximè idoneus *Buxt. theſ. Gr. l. 1. c. 50. p. m. 276.* Iſti itaque inquiunt: Danitæ cœteri objecerunt ei extraneos natales & defectum paternæ lineæ, ut jure vexilli caſtrenſis Numer. II, 1. 2. excluderent. Ita רשו ad verſ. 10. Lev. 24. בא לומע אהלו בתוך מחנה דן אמרו לו מה טיבך לכאן אמר להם מבני דן אני אמרו לו איש על דדלן באותות לבית אבותם כתוב נכנש לבית דינו של משה ויצא מחויב עמר וגרף וכו' וינצו במחנה על עסקי המחנה *Venit ut figeret tentorium ſuum in medio caſtrorum Dan. Dixerunt ei, qvæ conditio tua? tunc reſpondit ipſis, ex filiis Dan ſum. Dixerunt ei: qvisq; ad vexillum &c.* (Num. 2, 1.) *ſcriptum eſt: una ibimus* (congregabimusnos) *in domum judicij Moſis. Et egreſſus eſt reus, ſtetit & blasphemavit.* Et rixati ſunt in caſtris, *propter caſtra.* Et de ſententia ceterorum R. Sal. ben Melech ad Lev. 24, 10. לא פורש על מת

§6.

מה היו נצים ורבותינו אמרו לפי ששבטו של דן לא היה
מניחים אותו לעמוד ביניהם לפי שנאמר איש על דגלו
באותות לבית אבותם והוא היה בן איש מצרי וכו

Non exprimitur, ſuper qvo rixati fuerint. At Rabbini noſtri narrant, qvod tribus Dan non permiſerit, ut ipſe ſubſiſteret inter eam, qvia præcipitur (Numen 2, 1. 2.) *at ille erat filius viri Ægyptij.* πρῶτον ψεῦδος jam conſtat: invidum Judæorum ingenium patet. Scriptura viri cum eo rixantis meminit; illi integræ tribûs: quem in genere Scriptura Iſräelitam; illi ſpeciatim Danitas exprimunt, quin & in hos cauſam litigii transferunt: cum quibus de quo potiùs contenderet, quàm jure vexilli? quod ſanctè cuſtodiendum, tenore legis Numer. II, 1. 2. Lex itaq; ea obſervata, antequam lata. Lata altero poſt egreſſum ex Ægypto anno Numer. I. 1. obſervata verò ſtudiosè, verbis & factis, annô ſtatim primo. Quid quod *Philo* l. 3. de vita Moſis aſſerat, Iſräelitam cum blaſphemo Ægyptio rixantem fuiſſe ex ſacerdotali doctoq; genere? cui novum R. Salomon figmentum adjicit, natam blasphemiam iſtam propter panes propoſitionis: videlicet ſacerdoti deſtinatos; verùm an ab Ægyptio eidem denegatos? ejus nec vola, nec veſtigium apparet in textu. Alii materiam litis contendunt mortem patris fuiſſe: falſis nixi hypothelibus. Unda trahit undam: datô unô falsô, ſeqvuntur plura: ψεῦδος γὰρ πολυχιδὲς. Præſtat fateri materiæ controverſæ ignorantiam, & ſuis relinqvere autoribus figmenta. *Modus* commiſſi facinoris ex his colligi poteſt: Ea per נקב intelligenda culpa, quæ ab Iſraelitis in Ægyptio notata atq; de legis noſtra ſententia punita eſt. At Conjuncta cum maledictione, non ſimplex divini nominis pronuntiatio in eo culpæ nomine notata eſt & punita: Simplicem etenim, dirimendæ liti inſufficientem, ſolam non adhibuit; & ſi adhibuiſſet ſolam, commiſſæ ab eo culpæ jure argui non potuiſſet: nec enim ulla lex divina ſimplicem nominis divini pronuntiationem hactenus prohibuerat. Quod contra ſentientes, hanc primam allegantes, concedere coguntur, aut oſtendere priorem: quæ nulla futura eſt. Igitur ὃ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις Rom. IV. 15. In Ægyptio autem hoc erat παράβασις legis Exod. XX, 7.

Igi-

Qvoniam ad ingenium contentiosè litigantium expressis *literis* execratus fuerat & maledixerat nomini Levit. XXIV, 11. id est ipsimet Deo, ut p. 12. ostensum: & præterea constat confessione *R. Sal. ben Melech.* qvi in l. c. ita habet שם המכבד נקרא כן שהם בסתם *Nomen gloriosum vocatur ita Nomen absolutè* (ἀντονομασικῶς.) Unde & hic reus exerto nomine מקלל maledicus sive blasphemus der Flucher dicitur v. 14. Ubi vana Ebræorum nonnullorum distinctio inter blasphemum & מקלל qvem maledicum tantùm, & respectu injuriæ Mosi illatæ ita dictum volunt. Nimirum eam fovent ac tueri conantur opinionem, quod Ægyptius iste DEum primùm blasphemaverit, Mosi deinde maledixerit, volens ulcisci mortem patris sui. DEus verò curam habens suorum, magis voluerit ulcisci injuriam Mosi, qvàm propriam contumeliam, ideoq; dixerit: educ מקקל maledicum, non autem dixerit, educ blasphemum; uti hanc eorum sententiam recenset *Münsterus* in notis ad h. l. Verùm quod inter מגרף & מקלל discrimen fingunt qvidam Rabbini, Scriptura S. non agnoscit, nec magis cordati Judæorum Doctores: קללה committitur non saltem adversùs homines, v gr. parentes Levit XX, 9. Sichemitas Judic. IX, 57. Davidem 2. Samuel. XVI, 5. 12. Jeremiam Jer. XV, 10. sed ipsummet etiam DEum, ut vel unicus legis nostræ contextus apertissimè demonstrat v. 11. ubi קלל adversùs DEum, non Mosen, dirigitur: qvod nemo pius contra Scripturam, nemo sobrius contra rationem negabit. Ut verè in nostram legem scripserit D. *Franzius de interp. Script. S. orac. CIII. p. 629. Illud exprimere Levit. 24, 16. significat blasphemare* נקב *cum dedecore & ignominia nominare: qvemadmodum contextus monstrat v. 10. 13. 14. 15. Ex his etiam laicus animadvertet de mala expressione seu nuncupatione h. e. de blasphematione nominis divini sermonem esse.* Suos DEo curæ esse facilè intelligimus, sed nec alteri gloriam suam dare velle, ex Esaiæ XLII, 8. fortemq; Zelotem esse, ex Exod. XX. 5. novimus, atq; hîc pari, nisi omninò majori, legis rigore prohibitam esse divini nominis blasphemiam atq; convitia hominibus mutuò facta. Ista proinde divinitùs imperata executio legi anteà latæ haud dissimilis erat futura. Qvid quòd convitiorum, quibus Mosen prosciderit, ne verbo qvidem fiat mentio; in Deum verò injurium atq; blasphemum fuisse liquidò con-

ſtet. Hinc *Oleaſter* in h. l. ſoli DEo injuriam factam colligit his verbis: *filius Ægyptii minùs affectus ad hebræorum religionem Deumq́, nomen DEI ineffabile ac tetragrammaton protulit temerè cumq́ contemtu, dicendo, DEum illum ac nomen ejus, qvod tanti fiebat ab hebræis, nullius eſſe momenti, ſed Ægyptiorum Numina, horumq́ nomina, longè fortiora eſſe & magis veneranda*. Verùm etiamſi certò ſciri, ac ipſis conceptis verbis definitè affirmari & recenſeri nequeat infanda maledictionis formula, qvam *religioſiùs ignoramus qvàm penetramus*, optimè judicante *D. Varenio Decad. Moſ. in Levit. p. 155.* ex ſingulis tamen textûs circumſtantiis ſponte ſua fluit, qvòd nomen divinum liti interpoſuerit, in vanum tulerit, leviter & propudiosè habuerit, quin & contra verum IſraëlisDeum dira evomuerit convitia: ſive nunc ſimul per Ejus nomen mala quæq; proximo, ſecum rixanti, aut deſignato Judici Moſi, precatus fuerit, ſive minùs: ſive nomen tetragrammaton expreſſis verbis adjecerit atq; profanârit, ſive minùs. Hoc qvidem perſuadere conatur *Lorinus in h. l. p. 831.* blaſphemiæ peccatum in hoc Ægyptio non fuiſſe præcisè circa nomen ineffabile tetragrammaton --cùm nihil referat ad blaſphemiæ peccatum, an verſetur circa hoc vel illud nomen DEI: id quod divinâ lege generatim continetur Exod. XX, 7. unde *D. Calovius* in Annot. Anti-Grot. ad h. l. p. 502. annon blaſphematur nomen Domini, etiam non expreſſo nomine tetragr.? & rectè ab Elia in Thisbi aſſeritur לפי שאסור להזכיר אחד משמותיו לבטלה *qvia vetitum eſt, vel unum ex nominibus ejus in vanum uſurpare;* à Lorino tamen in diverſum ire malunt plerіq; Interpretes, etiam Jeſuita Bonfrerius in Pentat. p. 702. & Oleaſter modò cit., moti cumprimis v. 11. voce השם vide p. 12. ſupra, & lege noſtrâ יהוה שם. Qvò facit ſuffragium *Philonis lib. 3. de vita Moſis*, dum ait: *Auſus miſerrimus eum execrari, qvem ne honoris qvidem gratiâ fas eſt nominari ab omnibus, ſed à ſolis optimis & purificatis hominibus.* Redolent poſteriora, de quibus infra pluribus, ingenium Judæi ſuperſtitioſum: prioribus tamen rectiſſimè & execrationem DEi & ſummam hujus Ægyptii miſeriam aſſerit. De qvo eleganter *Procopius*: neceſſe fuiſſe, aſſerit, ut ille homo elingvis natus eſſet, ne in hoc prolaberetur ſcelus; niſi hûc revocare malis verba Salvatoris Matth. XXVI, 24. XVIII, 6. Concludimus hanc ſen-

ſententiam verbis *D. Varenij* l. c. Neq; hic paternis natalibus Ægyptius *ſimplici* nominis יהוה velut auguſti & ἀνεφωνήτῳ peccavit *enuntiatione* (qvod inde Judæorum & judaizantium ſomnium) ſed *concreta*, ſeu conjuncta cum maledictione, ita ut in Iſraëlitam exacerbatus, patriâ ferociâ vel impietate, & illum & ipſum populum, & Iſraëlis DEUM execratus abnegaverit. Blasphemia igitur in eo & notata & punita fuit. Eadem ergò in lege noſtra verbo נקב prohibita ſit neceſſe eſt, ob legem ex facto iſto natam. Evidentiori ſanè argumentô, qvàm qvô Rabbini ex Levit. X, 9. colligunt, Seniores Aaronis filios propter ebrietatem pariter & ignem peregrinum, temerè & irreverenter illatum, divino igne exuſtos eſſe v. 2. Cùm de noſtro facto & prohibitione ſatis conſtet; at Levit. X, 7. de interdicta qvidem, non item deſignata ebrietate: qvam non ſolùm refellit Abulenſis è Scripturæ ſilentio, ſed & ex eo *Lorinus in Levit. p. 262. b.* quòd ea ebrietas in prioribus officii ſacerdotalis actibus facilè deprehenſa & ab Aarone reprehenſa fuiſſet. Dum verò martyrium Nadab & Abihu, eorumqve præ Moſe & Aarone excellentiam aſſerit in Levit X, 3. Raſchi, nugas Rabbinico ingenio digniſſimas agit, meritòqve ſuo audit κερνοχυτεολήραι & D. Pfeiffero progr. in Jonam, etſi aliâs noſtratibus, Schickardo inprimis, impensè laudatus, ſuisqve non ſolùm פַּרְשַׁגְדְּתָה καθ' ἐξοχὴν dictus, ſed & המאור הגדול ראש המפרשים אשר כל שאר המפרשים מימין שתו והאיר עיני כולם ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται 2. Cor. III, 15. Nos tandem ex Ægyptii facinore ita colligimus: Qvicquid v. 11. notat נקב ſeu קבב idem notat v. 16. quia quod v. 11. ſpecialiter commiſſum, v. 16. generaliter eſt prohibitum. Unde Arabs, habitâ contextûs ratione, in noſtra lege reddit: qui blasphemaverit illum hoc pacto, qvo nempe v. 11. factum memoratur. At v. 11. נקב notat blasphemare, ut ἐξηγητικῶς adjectum קלל totaq; textûs ſeries evincit, & celebriores Judæorum æquè ac Chriſtianorum interpretes concedunt; qvò Confer ſupra p. 9. recenſita.

§. XII. Prætereà noſtra ex textu hactenus aſſerta de prohibito iſthic blasphemiæ crimine ſententia, conſtanti perpetuoqve

Diviniorum Literarum Consensu nititur.

Ubi simplicem nominis יהוה pronuntiationem primùm non concessam solùm, sed injunctam etiam; & sine crimine adhibitam cognoscimus blasphemiæ deinceps crimen sub eadem gravissimæ mortis pœna prohiberi qvidem, at neutiquam unquam à quoquam solâ nominis tetragi etiam religiosâ pronuntiatione designatum, & in eo punitum esse legimus. Ita Exod. XX, 7. præceptum negativum; de nomine Jehovæ non in vanum ducendo, includit contrarium affirmativum, de eodem religiosè usurpando! cùm *in precibus*; exemplo Patriarcharum ante Gen. IV, 26. & post diluvium Gen. VIII, 20. Abrahami; Isaaci; Jacobi, Mosis atqve insequentium Prophetarum piorumqve Regum & omnium omninò fidelium, vide supra p. 11. nec pronuntiatio eorundem ab hodierna scriptione diversa haberi potest: tùm vel maxime in *jurisjurandi fide* ac formula, quæ non firma esse poterat ac rata, nisi in veri DEI, adeoq; Jehovæ nomine concepta: ut expressâ sancitum lege est Deut. VI, 13. repetitumq; X, 20. confer Numer. V, 21. VI, 24. studiosè item à sanctis Dei hominibus observatum, Abrahamo Genes. XXI, V, 33. Mose Jos. XIV, 9. Rubenitis XXII, 22. Jonathane & Davide 1. Samuel. XX, 42. conf. Esaiæ XLVIII, 1. Jerem. XII, 16. adeoque clarè & distinctè; sine mussitatione, religiosâ mente purisque labiis in majorem gravis rei dubiæ fidem firmissimumque testimonium Ebr. VI, 16. nomen יהוה à fidelibus Israëlitis adhiberi debuisse, præcepti div. ratio efflagitat; adhibitumque rite fuisse, sacra pagina confirmat. Hinc rectissimè *D. Ægid. Hunnius in explic. II. Præc.* **Hie soltu mercken / daß Gottes Will nicht ist / daß man seinen Namen allerding nicht führen soll. Wie das verblendte Volck / die Jüden / den hohen Namen Gottes יהוה, so in unser Bibel wird verdeutschet HERR / nicht pflegen zu nennen: sondern für eine Todt-Sünde halten / da man denselben außspricht. So doch GOTT eben darumb denselben uns Menschen kund gethan / daß man ihn recht führen / und heiliglich brauchen soll. Sonst dörffte man eben so wenig denselben mit Dinten schreiben / als mit dem Munde außsprechen.** Idem contrà præceptum divinum omnem vanam,

vanam, inutilem, frivolam blasphemamque usurpationem, à Dei non solùm nominibus singulis, sed essentia etiam, personis, attributis, operibus atque cultu inprimis, longissimè abesse vult, gravissimamq; transgressoribus pœnam minatur. Quò conferantur exempla Pharaonis, qui non nominando, sed contemnendo Jehovam ejusque majestatem ac voluntatem, blasphemus fuit: Sic Korah Numer. XVI, 14. Bileam Numer. XXII, 32. XXIV, 1. XXXI, 8. Goliath 1. Samuel. XVII, 10. 36. 43. 45. Syri 1. Reg. XX, 23. tribunus Regis 2. Reg. VII, 2. 17. Sennacherib Esaiæ XXXVII, 6. 23. non ex legitimo usu, ne abusu quidem, & pronuntiatione literarum atque vocalium nominis יהוה judicantur blasphemi, nec etiam ullum aliud hominis eâ ratione blasphemi exemplum universa suggerit Scriptura; ipsam potiùs Dei majestatem, potentiam, veritatem &c. contemserunt atque blasphemarunt memorati modò impii, quod ad oculum omniumque consensu constat. Idem etiam inprimis de blasphemis in N. T. recensitis, ubi jam, κατ' ἄνθρωπον, consvetudo pronuntiandi Jehovæ nomen in usu esse desierat, blasphemi nihilosecius judicantur Pharisæi & Scribæ Matth. XII, 24. alter latro Luc. XXIII, 39. Hymenæus & Alexander 1. Timoth. I, 20. Julianus Apostata &c. Neq; hîc nominis יהוה pronuntiatio blasphemiæ nomine notata est à Christo vel Apostolis, aut ullo etiam Christiano Doctore, orthodoxè pieq; sentiente. Qvæ autem Scripturæ V. T. testimonia nomen qvodcunq; divinum, sigillatim essentiale, diserte exprimere atq; pronuntiare prohibeant; quæ item Scripturæ exempla nomen יהוה olim in V. T. non scriptum, lectum pronunciatumq; esse, aut in factam solam, etiam religiosam, pronuntiationem gravissimâ mortis pœnâ animadversum esse demonstrent, omninò nulla sunt. Quæ in diversum insigni S. Literarum abusu afferuntur, in sectione ἀναστευαστικῇ aliquando pluribus cognoscemus.

§. XIII. Nunc expendere juvat, qvomodo hec cum **sanis rationibus** sententiæ Rabbinicæ conveniat. Qvæ supra p. 10. adducta suisq; demonstrata rationibus sunt, clarum apertumq; reddunt, Judæos hac iniquâ legis nostræ detorsione suppositionem formalem in materialem commutare, punctis & apicibus adhærere, sensu,

formâ internâ & animâ neglectâ, fatali more ſuo vix corticem attingere, re atq; nucleô relictô. Qvod enim corde, ore & opere celebrandum, id ſanè etiam vivâ diſertaq; voce pronunciandum erit. At Jehovam celebrandum ita eſſe, qvi probari ſibi cupit, ignorat Scripturam, neſcit vitam, neſcit ſalutem ſuam. Qvi ipsâ vitæ ſuæ actione ita non celebrat, mandatum divinum non attendit, promiſſum ſpernit, nullis pœnarum minis, nullis ſive Sanctorum Angelorum beatorumq; in cœlis, ſive fidelium in terris movetur exemplis & adhortationibus, Prætereà qvod ipſe DEus illuſtriſſimo ſuo facto tot hominum myriadibus oſtendit licitum, approbat, & jugiter repetendum injungit, id non prohibet pœnâve cohercet: qvorum DEus eſt autor, eorum non eſt ultor. At DEus clarâ & articulatâ voce nomen יהוה ipſis ſuis literis & ſyllabis terminantibus in præſentia ſex centies mille hominum pronunciavit Exod. XX, 2. Deut. V. 4. 24. (De qva pronunciatione commentum R. Salomonis, Bechai, Iſaaci filii Aramæ, Tanchuma, Jalkut & Chaskuni, ab ipſomet Aben Eſra pro more doctè ſapienterq; refutatum, videri poteſt apud *Buxtorf. theſ. Gr. lib. 1. c. 5. p. 60*) pronuntiationem hanc non licitam tantùm nobis, ſed & injunctam & crebrò iterandam voluit Deut. VI. 6. ſeqq. Non liganda tantùm erant ſuper manum præcepta divina i. e. cuſtodienda fideli manu, conſervanda perpetuò atq; ſtudioſè obſervanda, tanqvam quæ jugiter noſtris obverſantur oculis, teruntur manibus, adeoq; in omni opere manuum noſtrarum pro norma præſentiſſima erant habenda: nec ſcribenda tantùm ſuper domûs poſte: cujus ad ſuperſtitionem uſq; obſervantiſſima ſemper fuit gens judaica, ſed & corde cumprimis pio jugi recentique memoriâ tenenda, & filiis omniqve poſteritati ושננתם ſummâ diligentiâ, aſſiduitate & fide maximâ, accuratè & commodiſſimè, quà ſcriptis, qvà vivâ potiſſimum, penetrantiq; voce, proponenda, inculcanda & ſuis qvaſi characteribus memoriæ atque cordi acutiſſimè infigenda, imprimendaque. Id quod nec locus impedire poterat nec tempus, multò minùs prohibere debebat: domi foriſque, mane ac veſperi, ſedentes pariter ac ambulantes, cubantes æquè ac ſurgentes, adeoque in omni ſitu, motu & negotio ſuo hujus tenebantur officii, tenenturque hodie omnes Parentum nomine inſignes. Loquendi genus

hoc

hoc egregiè illustrat Psalm. CXXXIX, 2.3. Cedrô digna sunt, quæ in hanc rem religiosè disserit doctissimus *Fullerus Miscell. Sacr. lib. 4. c.13. p.m. 494. Nulli dubium esse potest, qvi modò mediocri cum diligentiâ in Vet. Instrumenti Scripturarum hebraicarum lectione sit versatus, qvin Judæis olim, prima ab infantia, DEUS notissimum esse voluerit Nomen illud, imò sermone qvotidiano usurpatum, tanqvam sanctissimæ majestatis suæ κατ' ἐξοχὴν (ut ita dicam) μνημόσυνον, vel monumentum singulare maximèq; obvium -- tantum aberat, ut ullo unqvam pacto absterrere & abstrahere pios studuerit, ab illo reverenter & religiosè pronuntiando. -- Qvin imò necesse erat, ut qvemadmodum gemmæ, aurum, argentum, cætera, tractando nitidiora & splendidiora redduntur; ita sacrum hoc Nomen, promulgando, qvotidie magis ac magis clarescceret, & eò illustrius ac glorioſius, qvo notius & celebratius evaderet, præsertim apud populum DEI, casta divini nominis reverentiâ ab incunabulis imbutum.* Et ipse noster Ægyptius simili domesticâ, vel matris, informatione, publicâ nominis יהוה prædicatione & solenni inprimis legis Moralis à DEO facta promulgatione, ad notitiam pronuntiandi Jehovæ nomen perveniſſe existimandus est. Unde scribit *R. Salomon Jarchi ad v. 11.* שנקב שם המיוחד וגרף והוא שם המפורש ששמע מסיני *qvòd nominatim expresserit nomen proprium & blasphemârit: qvod est nomen expositum (mirabile) qvod audiverat in Sinai.* Ubi ordinatâ per angelos lex, per manum Mediatoris Galat. III, 19. qui unus est DEi & hominum, homo Christus Jesus 1. Tim. II, 5. de qvo confer *D. Qvenstedt Exerc. de Script. S. XIX. th. 2. obs. 3. integr.* angelus faciei יהוה Esaiæ LXIII, 9. in qvo nomē יהוה Exod. XXIII, 21. Quicquid igitur sanctissimo Dei Filius in solenni legis promulgatione pronuntiavit, id nos sine crimine lœsæ majestatis divinæ repetere poterimus. Hoc enim fine promisit ac recepit, se narraturū Nomen יהוה fratribus suis Psalm. XXII, 23. qvod & abunde satis in diebus carnis Ebr. V, 7. per semetipsum præstitit. Qvanquam in edendis virtutibus ac miraculis minimè gentium pronuntiatione nominis יהוה usus sit: quam blasphemam Judæorum sententiam; post Porchetum, solidissimè refutavit *B. Lutherus in Schemhamphoraſch Tom. VIII. Ien. Germ.* Imò, κατ' ἄνθρωπον, etiamsi ex falsissima ista hypothesi, Christus Salvator ab omni pronuntiatione nominis יהוה non abstinuisset, contra nostram tamen legē nul-

nullamve aliam egisset Esaiæ LIII, 9. 1. Petr. II, 22, Joh. VIII, 46. 2. Cor. V, 21. Ebr. VII, 26. Ostendat, convincat & dicat id Judæus Apella & judaizans, qvicunque pronuntiationem יהוה & à Christo sic factam, credit, & generatim tanquam blasphemam prohibitam sentit; Eidem, cum Judæis gravissimæ blasphemiæ crimini obnoxius est futurus. Accedit, qvòd in genere omnis, sigillatimqve nominis יהוה, revelatio divina, voce vivâ ῥήματι θεοῦ ῥῆμα seu scripto facta sit ad nostram διδασκαλίαν; hæcq; eo fine in literas relata, hominibus revelata ac commendata, ut legeretur, pronuntiaretur, atq; nos inde de DEi æterna & immutabili essentia rite informaremur, ejusq; attributa, bonitatis inpr. ac justitiæ, opera miranda & excellentissima, religiosus deniq; cultus, hoc nomine tanqvam memoriali qvodam, nobis commonstrarentur. Cùm sit atq; dicatur nomen יהוה excelsum Psalm. CXLVIII, 13. Esaiæ XII, 4. maximum 1. Sam. XII, 24. 1. Reg. VIII, 42. Psalm. XCIX, 3. Jerem. X, 6. summè reverendum Deut. XXVIII, 58. Malach. I, 14. glorioßissimum Deut. XXVIII, 58. Psalm. VIII, 2. Esaiæ LXIII, 14. sanctissimum Levit: XXII, 2. 32. 1. Paral. XVII, 10. 35. Psalm. XXXIII, 21. Psalm LXXII, 19. non qvòd in sanctuario & benedictionibus sacerdotalibus tantùm adhiberi debuerit, ut cum superstitiosis Judæis contendit Amama: est excelsum in omni terra Psalm. LXXXIII, 19. ab omnibus ubiq; fidelibus prædicandum, vide supra p. 11. David in deserto, Daniel in exilio & lacu, Jonas in ventre piscis c. II, 2, 3. sine omni crimine id adhibuerunt. Manifestæ falsitatis convincuntur ex Numer. V, 21. ubi in maledictione adhibendum idem legimus. Vocatur prætereà nomen mirificum Judic. XIII, 18. & quæ prædicata alia de hoc nomine docenda sunt. Docere verò complectitur informationem & præsentium vivâ potissimùm voce, & absentium scriptis, etiam ad posteritatem, libris instituendam. Quod usus Scripturæ demonstrat, cùm in ebraico לִמֵּד exemplo Mosis Deut. IV, 5. Davidis Psalm XXXIV. 12. Salomonis Cohel. XII, 9. tùm etiam græco διδάσκειν, Apostolorum cumprimis exemplo Matth. XXVIII, 20. Qui singuli quod vivâ voce præsentes suæ ætatis homines, idem, absentes sui temporis posterosque omnium æratum scriptis docuerunt suis, sicque tales fuerunt ac sunt absentes sermone per epistolas

las, qvales re ipsâ erant præsentes, nimirum utrobiq; docentes. Accedit inde robur huic assertioni: Quicqvid docere, idem & pronuntiare & scribere licet. DEum qvà nomina qvæcunqve, qvà essentiam, personas, attributa & opera docere licet, decet atq; severè injunctum est. Et cur scribere, non item dicere ac pronunciare, liceret יהוה? quæ diversitatis ratio; impuriora forsan labia loquentis, quàm manus calamusq; scribentis, aut charta, atramentô scripta custodiens? quæ rebus hisce ratione sui, ne dicamus συγκριτικῶς præ corde, ore opereq; fidelis, inhæret sanctitas? nonne τὰ ἐν τῇ γραφῇ σημεῖα τῶν ἐν τῇ Φωνῇ, ὡς τὰ ἐν τῇ Φωνῇ, τῶν ἐν τῷ νῷ? quæ mente concipi, calamo scribi, voce etiam proferri poterunt. Sed nec scriptio suâ caret superstitione, ita ut intingens calamum, ut scribat nomen Dei, non ordiatur ab ipso nomine, sed ab antecedente litera: qvin &, si nomina DEi scribentem vel Rex aliquis salutet, non respondet priùs, qvàm duo vel tria verba continuè subjecerit: tunc demum interspirare licet atqve gratias agere, quæ sunt verba *Schickardi jur. Reg. ebr. cap. 2. p. 43. edit. vet.* Nonne scribitur, ut legamus? anne lectio hæc mussitanda, aut clarè potiùs articulatèque pronuntianda? hoc requirit Scriptura Nehem. VIII, 8. legebant librum Divinæ legis מפורש explanatè & exponendo sensum, dabant intelligentiam per Scripturam ipsam; illud eligit perversa rabbinici ingenii natura: obliviosa sui atque moniti רמב"ם halach. de benedict. Sacerdotum cap. 14. §. 1. כה תברכו בקול רם *sic benedicetis altâ voce.* vide ineptias modulationum seu susurrationum & attentionum ex Cod. Kidduschin relatas à *Buxtorf. in Lex. Min. voce* יהוה. Anne scriptio retinenda, an verò cum alia permutanda? A Libris quidem divinioribus sacrilegas abstinent manus, nec quicquam in divino nomine immutant: Cùm juxta Alphes. p. 348. b. המוחק אות אחת מן השם עובר בלא תעשה א' ר ישמעאל לכך נאמר ואבדתם וגו *delens unicam literulam de nomine divino, peccat graviter contra prohibitionem. Id probat R. Ismael ex dicto (Devt. XII, 3) perdatis nomina idolorum, ubi disertè additur, non sic facietis DOMINO DEO vestro.* Hæc illa Legis Divinæ fideliter custodiendæ cura ac ratio rabbinica: hæc divinitùs imperata idolorum abolitio, vel minimas etiam literulas nominis eorundem radens, delens: insignis nempe læsio, & ferè ultra dimidium.

Egregia verò legis divinæ allegatio, de qua supra p. 5. seq. In suis verò Targumistæ seu Talmudistæ scriptis nulli veriti sunt, nomina divina, etiã essentiale, superstitiosæ pietatis causâ permutare, seu potiùs pessimo ac malesano instituto corrumpere, ponendo יי ידוד aut יוד pro יהוה & sic אלקים pro אלהים Vid. D Gerhard. Exeges. L. II. c. 3. §. 22. D. Lyser. de τελσαγίω angelorum P. I. th. 6. D. Walther. Spicil. P. I. controv. 3. D. *Calov.* theol. natural. & revel. p. 219. *Schickard.* in Psalm. XXV. *Drus.* tetragr. c. 5. *Hottinger.* Compend. theol Jud. sect. 6 *Buxtorf.* Grammat. Chald.-Syr. p. 3. Sed nobis nec est divinus Jonathan, ut Menasse ben Israel de creat. probl. IX. p. 39. nec θεόπνευς Onkelos, ut Judæis, Vid. *D. Helvicus* de paraphr. Bibl. Chald. cap. 4. p. 16. *P. Fagius* præfat. in Pentat. *Schickardus* in Bechin. Happer. p. 22. nec infallibiles Rabbini; sed in hoc omnes pariter superstitiosi; ne qvid dicamus gravius. Divina scripta sunt ut credamus Joh. XX, 31. fidemqve ex auditu Rom. X, 17. hauriamus: Ergò quæ divinitùs scripta ita legenda atqve pronuntianda, ut audiri, cognosci & fide salvificâ apprehendi queant. Fatendum equidem id ingenuè fuerit, quòd facilior, & proinde major, in pronuntiando nomine divino abusus; sed & in scribendo frequens nimis: ipsam tamen non impedit scriptionem, nec tollat, aboleat prohibeatve pronuntiationem. Quæ accidentariæ hominum culpæ vendicanda, ipsi rei seu actioni, in se bonæ satis atq; legitimæ, non imputanda veniunt. Omnibus si prohibita nominis יהוה pronuntiatio, cur Summo Pontifici in Sancto Sanctorum festo propitiationis in anno semel concessa? Aut Rabbini hunc eidem involvant blasphemiæ crimini, aut per speciale divinitùs indultum ei privilegium ex Literis S. unicè, nobis authenticis, ejusdem eum absolvant necessum est. Si Maimonidis aliorumq; Judæorum more illaudato, literæ nominis יהוה seorsim nominari, calamo discretè formari & expressè legi possunt, quid prohiberet, quò minùs, nobiliori modo, & ore & linguâ hominis formentur junctim, aut pronuntientur iis, quibus divinitùs consignatæ reperiuntur, literis? Qui gloriam debitam DEo non derogat Psalm. LXXIV, 18. & creaturis arrogat Matth. IX, 3. phrasi Scripturæ blasphemus non audit 1. Reg. XX, 23. In simpliciter aut religiosè etiam, nomen יהוה pronuntiantem utrumq; prius convenit,

ergò

ergò & posterius. In eandem sententiam *Ambrosius de Paradiso* inquit: Blasphemia est, quando DEo tribuitur, quod ei non convenit, vel ab eo aufertur, quod ei convenit. Cui tertiam differentiam *D. Chemnitius LL. P. H. de Lege Dei p. 121.* addit, cùm creaturæ tribuitur, qvod soli DEo convenit. Manet proinde pronuntiatio יהוה simplex legitima, divino ac humano jure concessa non solùm, sed injuncta insuper, nec ullâ in speciem ratione prohibita, ut in sect. ἀναστευαστικῇ pluribus erit ostendendum. Et nunc patere potest ex genuina blasphemiæ recensione, quæ talis est apud D. Chemnitium l. c. *Blasphemiæ sunt maledicta & impiæ voces adversùs DEUM & verbum ejus: maledicta desperantium, & omnes sermones, qvibus deformatur gloria DEi & concutitur fides in infirmis.* Sive pleniùs: Blasphemia est peccatum mortale, instinctu Diaboli ab irrenati summa mentis voluntatisq; perversitate profectum, cogitationibus, dictis vel factis divino honori detrahens, DEum & Christi meritum ac beneficium, itemq; media salutem offerentia, verbum & Sacramenta, eorundemq; Dispensatores contemnens & atrocibus convitiis lacessens, contractô cùm temporalis, tùm æternæ inpr. mortis reatu. Ratione græcæ originis infert vanam, inanem ac contumelioſam prorsus famæ, lœsionem atq; sic generatim idem est qvod maledicere alicui superiori, conviciisq; & aculeatis dictis, qvoquo modo illius honori & dignitati detrahere. Et ita ab impiis adversùs Verbi divini Ministros 1. Corinth. IV, 13. Magistratum civilem Tit. III, 2. 2. Petr. II, 10. atq; parentes Exod. XXI, 15. dirigitur. Nos vulgò receptam significationem spectantes, cum Augustino supra p. 7. cit. potissimum blasphemiæ objectum speciale, scopum & σημεῖον ἀντιλεγόμενον καὶ λοιδορούμενον constituimus DEum Trinunum, ejusq; sanctissimum Nomen & majestatem, Christi meritum & immensa Spiritus S. beneficia. Et inprimis ultima hâc ratione magna intercedit affinitas peccato huic atrocissimo cum peccato, quod dicitur in Spiritum S. qvo de pluribus videre est Ebr. VI, 4. 5. A Diabolo, divinæ Majestatis contemtore, hominumq; apud DEum DEiq; apud homines accusatore perpetuo, proficisci hunc partum viperinum, exemplo Judæorum, Christum blasphemantium, abun-

de satis constat Joh. VIII. 44. Conferri in hanc rem merentur *D. Botsacc* Moral. Gedan. p. 114. seqq. *D. Joh* Schmid in der Christlichen Weißheit conc. 12. p. 259. seqq. *D. Brochmand* Syst. Theol. t. 2. p. 36. b. *Lorinus* in Act. VI, 11. 12. 13. Unde luculenter patere potest, simplici nominis יהוה pronuntiationi non convenire veram blasphemiæ rationem, ut nec ipsum blasphemiæ nomen atq; crimen: cùm necullum quidem distinctionis nominalis membrum jure ei tribuatur, ne æquivocâ quidem dicendi ratione blasphemia erit.

§. XIV. Veri nominis blasphemia, eaq;, in DEum, maxima in nostra lege prohibita est. Quod magno muniunt Consensu Optimi quiqve Interpretes, cumprimis Christiani: quorum suffragia hîc breviter colligemus. Ita *Cyrillus Alexandr. in Amos VI, n. 62. Nominare nomen DOMINI,* inquit, *maledicere est,* ἐυφήμοις λέξεσι Δια τῶν ἱερῶν ἐκπεφωνημένων γραμμάτων, *quod à S. Literis vocibus boni ominis exprimitur. B. Lutherus Tom. VIII. Jen. Germ. fol. 118. de Schemhamph:* Daß die Jüden fürgeben/der Name Jehova soll unaußsprechlich seyn / wissen sie nicht / was sie lallen: meynen sie die Buchstaben / so kans nicht wahr seyn / denn er heist Jehova. Und so er kan mit Federn und Tinten geschrieben werden/warumb solte er auch nicht/ mit dem Munde / der viel besser/denn Feder und Tinten ist/ genennet werden. *B. Chemnitius LL. P. II. de Lege DEi p.m. 121.* inquit: *Levit. 24, 10. 11. jurgans qvis cum altero, maledicit nomen Domini i. e. abutitur ad exsecrationes. De D. Franzio atq; Hunnio constitit supra p. 31. & 34. de D. Gerhardo Exeges. tom. 1. f. 619. D. Calovius Theol. nat. & revel. p. 236. ita habet: Levit. XXIV, 16. non prohibetur simplex nominis hujus expressio, sed ea solùm, qvæ cum blasphemia & maledictione conjuncta est:* confer eundem in Bibl. Illustr. V. T. t. 1. p. 335. & 502. *Nec aliter D. Gejer Comm. in Prov. XI, 26. p. 573.* נקב *idem qvandoq; est ac execrari, nomen scilicet vel famam alicujus velut confodiendo, integritatemq; ejus vitiando: qvomodo de execratione nominis divini reperitur Levit. XXIV, 11. 16. ubi blasphemus ille tremendi nominis DEi læserat autoritatem &c.* D. Varenius *Decad. Mos.* in Bre-

in Bresith. p. 200. nec responsionem meretur, illa Rabb. glossa, qvæ lapides loqvitur, eorundemqve commune supplicium minatur, pronuntianti hoc nomen per suas consonantes, cum illo Levit. 24. 11. ויקב את השם *additur enim expressè* ויקלל, *vel ut Onkelos* פרשׁית שמא וארגיז *qvi expressit nomen DEi & blasphemavit, vel expressit cum blasphemia. Decad. in Schmot. p. 107. addit: inter blasphemandum, nomen illud magnum, reverendum, Dei proprium & essentiale, expressè protulit & pronuntiavit: nec enim ille ex divina sententia lapidatus fuit, qvod nudè & simpliciter nomen illud pronunciaverit:* confer eundem inprimis in Levit. p. 155. seqq. D. Quenstedt *in LL. Difficil. V. T. in h. l. num. 14. ἀνεκφ. Præsenti loco non simplicem, verùm maledictam & blasphemam hujus nominis sui pronuntiationem vetat DEus. Vindicat enim nominis sui contemtum, non usum: qvemadmodum jurandum* יהוה בשם *Deut. 6, 13. Sed in vanum sumendum non est.* נקב *non tantùm expressè nominavit, sed etiam cum dedecore & ignominia expressit, uno verbo, maledixit, exectratus est, significat.* Quibus hactenus adductis nostris Theologis in generali pronuntiandi ratione consentit *D. Waltherus*, diversum aliâs tenens, quando in Spicil. controv. 6. p. 78. ita inquit: *Qvemadmodum propterea est revelatum, ut agnosceretur, adoraretur & celebraretur, ita etiam ideò in literas relatum est, non ut sine intellectu aspiceretur, sed ut legeretur & pronuntiaretur.* Accuratè etiam נקב nostræ legis expendit Venerandus hujus Acad. Senior *Dn. Sennertus* disp. de *ἀνεκφωνήσει* nominis Jehova anno 1642. hab. sect. I. §. 15. inquiens: נקב *duplicem obtinet significationem, unam generalem, qvam alii formalem dicunt, alteram specialem seu materialem. Videndum itaq; ex textu, num hic in malam vel bonam accipiatur partem: prius tota cohærentia svadet & urget &c.* Quibus egregiam *Joh. Conr Dieterici* sententiam subjicere liceat, quæ in Antiqvit. Bibl. p. 162. ita habet: *Facessat eorum religio, qvi hoc nomen juxta characteres suos suaq; puncta pronuntiare non audent. Huic voci ut omnia præcipua & singularia attribuimus, ita nil singulare hîc subest, sine piaculo efferimus, utut etiam supputes. Nec est, ut Judæos revereamur, qvi ut in multis rectam nominum rationem non assequti sunt, ita & hîc de veri prætensione testes subtesti.* Hackspanius Not. Phil. P. I. p. 456. inquit: *præsens locus non de nuda nomi-*

nis illius enuntiatione loqvitur, ſed ea, qva vergit ad convitia & blasphemiam, cerlè cum talibus conjuncta eſt. L. Carpzovius de Tetragr. lectione c. 2. th. 1. inquit: *Levit. 24, 16. tantùm profanatio, non pronuntiatio ejusdem* יהוה *vocis prohibetur.* Heſychius quoque obſervat, *denominandi verbo ſignificari, qvod ſimul blasphemat, & nominat nomen Domini h. e. ſpiritus, qvi ſciendo blasphemat.* Bonfrerius Comment. in Pentat. p. 703. dicit: *non ſimplicem fuiſſe divini nominis pronuntiationem, ſed etiam maledictionem & execrationem adjunctam, omnes textus verbo* ויקלל *exprimunt.* M, Marinus in Arca Noë p. 283. b. *Eſtne tanti laboris difficultatis* יהוה *legere? ſuperſtitioſus timor religionis ad ignorantiam additus: p. 473. b.* נוקב *perforare (maledicendo nominare) nomen Domini.* Santes Pagninus theſ. lingvæ S. p. 1469. ita de ſignificatione נקב ſentit: *maledicens, ac ſi dicat exponens & maledicens, qvia non erat reus niſi exponeret & malediceret. R. David.* D. Förſterus diction. hebr. p. 516. noſtrum נוקב reddit, *qvi excavat nomen Jehova, morte moriatur i. e. inurit notam nomini divino.* נוקב latinè convertitur à Schindlero in Lex. Pentagl. p. 1156. *proferens & maledicens:* à Buxtorf. Lex. min. p. 484. *qvi execratur;* ab Edmundo Caſtello Lex. heptagl. p. 2393. *exponens & maledicens, qvia aliter reus non erat.* Quæ aliquâ vicinitate fontē contingunt verſiones celebriores, blasphemandi vel execrandi ſenſum, in נקב obſervarunt. *Arabs* uſurpat verbum سَبَّ maledixit, blasphemavit, lingvâ confodit, probroſis verbis petivit Numer. XXII, 11. XXIII, 8. quod ab ebræo סבב originem ducit. *Samaritanus* interpres idem verbum aliâs adhibet, hîc per ܫܬܡ vertit: Angli hoc in execrandi ſignificatione acceperunt; Caſtellus verò Lex. heptagl. p. 3390. exponendi & per partes quaſi explanandi ſenſum huic verbo vendicat, idque ex Ebraiſmo æquè ac Arabiſmo confirmare laborat. Negari tamen nequit, verbum קסם apud Ebræos, Chaldæos, Syros, Samaritanos ac Æthiopes Magis ac Divinatoribus tribui, eorundemque divinationes atque execrationes deſignare. *Onkelos* atque *Syrus* verbum פרש explicandæ noſtræ voci נוקב ſubſtituerunt; bene, ſi eo, quo vult Feſſelius, ſenſu, de quo p. 9. quem Onkelos ob v. 11. admittere videtur. Similiter *LXX. Interpp.* ὀνομάζειν commodâ

modâ interpretatione juvandum atque ex antecedenti (additâ voce maledicendo) intelligendum. *Arias Montanus* certè mentem Pagnini ita explicuit, cùm versio Pagnini interlinearis vocem נוקב reddat nuncupans, in margine ipse curavit addi, blasphemans. Nec aliter habendum de *B. Lutheri* versione priori, cujus mentem explicatiùs, ut sæpe aliâs, reddidit posterior. Bene hîc *Vulgatus* interpres atque Junius Tremellius. Si qui tamen Chaldæi, Syri atque Græcorum Interpp. verbis pressiùs insistere malint, nos suspiciendum potiùs originalis lingvæ præsidium judicamus.

§. XV. Ipsos tandem Judæos, consentientes nobis, audiamus de genuina verbi נקב significatione, quam hîc loci obtineat: in qua potissimum controversiæ hujus momentum jure merito positum videtur Dn. Senneito nostro disp. de *ἀνιπφωνήσει* sect. I. §. 15. *Josephus* antiquit. lib. 4. c. 8. legem nostram respexisse, ejusq; sensum satis feliciter reddidisse videtur, his verbis: qui convicium DEo fecerit, lapidatus per diem pendeat: deinde ignominiosè & obscurè sepeliatur. *Philonis* consensum jam adduximus p. 32. Ut de Concordantiis nihil dicamus, suum nobis assensum præclarè testatur *Aben Esra*, verbis hactenus expositis subjungens: בעת שיקלל אם יפרש השם יומת *eo tempore* (tum) *occidetur, qvô blasphemaverit, si pronunciaverit nomen illud. Raschi* præter clarâ assertionem, eandem nobis probationem affert. & significationem נקב & קבב h. l. eandem agnoscit, inquiens ונוקב לשון קללה כמו מה אקב *verbum* נקב *significat maledicere, sicuti Numer. 23, 8.* Pari utitur ratione, dum v. 11. נקב exponit per גרף qvod de atroci atq; horrendum in modum punita blasphemia Sanheribi adhibetur 2. Reg. XIX. 6. 22. Esaiæ XXXVII, 6. 23. Israelis Ezech. XX, 27. cujuscunq; blasphemantis Psalm. XLIV, 17. magnâ voluntatis propensione ac studio Numer. XV, 30. Et quidem secundùm perpetuum Scripturarum S. usum de blasphemia adversùs solum DEum perpetrata. *Targum Hierosol.* explicat per חרף quod itidem de Sanheribi convitiis, probris ac hostili subsannatione adhibetur l. c. Et idem Targum optimè in hanc sententiam in Deut. XXXII, 3. væ illis, qui in execrationibus proferunt nomen sanctum

&c. R.

&c. R. Sal. ben Melech ad verbum noſtræ legis נוקב ita habet: ענינו פירוש עם ענין הקללה כלומר מפרש ומקלל שאינו חייב עד שיפרש ויקלל *ſignificat explicationem cum connotatione maledictionis, acſi diceret, diſertè explicans & maledicens: qvia non reus eſt qvisqvam, donec explicitè dicat & maledicat.* Teſtetur ultimoloco de omnium conſenſu *R. Menaſſe ben Iſrael* Concil. in Exod. qvæſt. 3. p. 101. *Narratur hic filium Ægyptii pronuntiâſſe Nomen eiq; maledixiſſe: unde inſtituta eſt lex, qvæ ait: qvisqvis maledixerit Deo ſuo, tollet peccatum ſuum, hoc eſt excidium animæ: ſed qvi protulerit nomen, eiq; maledixerit, judicio morietur: qvomodo omnes autores hæc verba exponunt.* ἢ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

Nos pro conceſſis ingenii viribus æternas Deo gratias ex merito agimus, atq; precamur ſupplices: ſanctificet nos in veritate: verbum ejus veritas eſt: quæ ſalubriter ſcienda neſcimus, doceat nos: in his quæ vera novimus, cuſtodiat nos: in quibus ut homines fallimur, corrigat nos: in quibus veris titubamus, confirmet nos: & à falſis ac noxiis eripiat nos! A te verò, benevole Lector, petimus atq; contendimus: Quæ ſunt malè dicta, homini adſcribe, & da veniam: quæ bene dicta, DEO attribue, & da gloriam!

τ' ἀνώτερα καλλίω.

(O)

00 A 6436

ULB Halle 3
004 931 300

KD 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-546663-p0052-1

23

עמי //

PHILOLOGICA,

Qvâ

יהוה Pronuntiatio

r Legem

I C. XXIV, 16.

נוקב שם יהוה

a oſtenditur,

: contra

e Gentis Judaicæ

las aſſeritur

ESIDE

CO WILLEMERO,

Francofurtano,

ONDENTE

E Fritzſchhans /

rg. Miln.

eteri Die Auguſti

s antemerid.

S. M DC LXXVII.

EBERGÆ,

ANI SCHRÖDTERI.